


De re grammatica Hebraeorvm opvs, in gratiam stvdiosorvm lingvae sanctae methodo quàm facilima conſcriptum,

Auctore Iohanne Quinquarboreo Aurilacenſi, collegij profeſſorum Regiorum Decano, ac linguarũ Hebraïcæ & Cald. Regio profeſſore primarióque collegij Fortetæi Lutetiæ.

Poſtrema editio ex authoris locuplete diligentíque recognitione tertia parte aucta.

Acceſſit etiam liber de Notis Hebræorum ab eodem Quinquarboreo poſt omnes, qui de illis ſcripſerũt media parte auctus, ſeriò & fœliciter Hebraïcari volentibus apprimè vtilis.




PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis Lateranenſis ad inſigne Serpentis.

1582.

Cum priuilegio Regis.



NICOLAI REGII, CAMpani in linguam Hebraïcam ad Lectorem.

Si tribus è linguis quisquam sibi quærere gestit
Longè commoditate supremam:
Huc animos vertat, reliquas Hebraïca vincit:
Sancta est, cœlica, religiosa.
Hac Deus in tabulis voluit describere leges:
Hac Moses decreta tonantis.
Hac nobis sacri cœlestia numina vates
Decantant, & dia resoluunt.
Hinc instrumenti veteris quæcunque leguntur:
Græcia quicquid habet, latiúmque.
Omnibus hæc primùm terris, ac gentibus olim
Ingenita est communis & una.
Quare age lector, ama veneranda dogmata linguæ:
Atque hauri de fonte liquorem
Purum, aliis fons hæc, princeps & origo, paréńsque:
Huic reliquarum quæque ministrat.

Eiusdem, de Authore.

Est aliquid primùm res inuenisse, repertas
Illustrasse sua gloria maior ope.
Sic tantam fertur laudem retulisse Prometheus,
Phœbeis rapiens lumina sacra rotis.
Hæc tibi qui profert proprij monimenta laboris,
Præstitit id, faciles instituítque vias.
Non contentus enim linguæ præcepta referre,
Adiunxit mira dexteritate faces.
Ergo suam referat laudem, qui tanta laborum
Commoda largitur, commodiora dabit.

CLARISSIMO VIRO BENEDICTO Milonio Regi à ſacratiori conſilio &ærarij Gallici præſidi Videuillæóque domino Io. Quinquarboreus Aurilacẽſis collegij profeſſorum Regiorum Decanus, ac linguarum Heb. & Cald. in eodẽ collegio profeſſor primariúſque collegij Fortetęi Lutetiæ. S. P. D.



ùm poſtremam editionẽ operis de Re Grammatica Hebræorum tertia parte auctam & veluti nouum opus emittere ſtuderem, venit in mẽtem nulli conuenienter magis dicari & offerri poſſe, quàm tibi viro ampliſſimo & mihi iam á multis annis amiciſſimo, qui nunquã certè immemor fuiſti inſignis ſententiæ Prouerb. 17. *Selomonis, qua dixit ille*: Amicũ omni tẽpore diligere. *Hoc enim in te perpendẽs, hos meos pleniores & quaſi nouos labores & in linguæ ſanctæ explicationẽ ſtudia, tibi dedicare, & in publicũ ſub tui nominis prẹſidio, prodire volui: quem cœleſtis numinis fauor & virtus, candore animi & moribus adeo ornauit honeſtis, vt apud Regem noſtrum Chriſtianiſſ. & ordines omnes gratioſiſſimus, in Sanctius conſilium ab ipſo Rege admittaris & etiã ætario Gallico præſideas. Illa enim omnia vir clariſſime cum ſolita beneuolentia, qua literatos cõplectetis, me impulerunt & incenderunt, vt munus hoc ſtudioſis linguæ Sanctæ magis vtile & neceſſarium, quàm ſit apparatu verborũ ornatum & auctum, tibi offerrem: quod hilari animo vehemẽter opto & expeto ſuſcipias faciátq; D. Opt. Max. vt veſtigijs laudum tuarum ſemper inſiſtas & tuum Quinquarboreũ ſemper ames. Vale, Lutetiæ ex collegio noſtro Fortetæo anno ſalutis 1581. Menſe Decemb.*



DE RE GRAMMATICA HEBRAEotum opus, authore Iohanne Quinquarboreo Aurilacensi, collegij professorum Regiorum Decano, ac linguarum Heb. & Cald. Regio professore primarióque collegij Fortetæi Lutetiæ.

DE LITERIS.



Hebræorum literæ sunt viginti due, omnes consonantes. Hebræi suarum literarum lineamenta & ductus ita dispositos habent, vt recto ordine seruato legendo & scribendo à dextera ad sinistram deflectāt, contra Phœnicū, Græcorū & Latinorū morem, qui inanis gloriæ cupidi, non contēti recta ratione legendi & scribendi primorum hominū, suam peruersam quæ est à sinistra ad dexteram procedendo, excogitauerunt,

Pronuntiatio siue Potestas.	Nomina		Corpus literarum & ordo.	
'	אָלֶף	Aleph	א	*א
b	בֵּית	Beth	ב	ב
g	גִּימֶל	Gimel	ג	ג
d	דָּלֶת	Daleth	ד	ד
h	הֵא	He	ה	ח
v consonans	וָו	Vaf	ו	ו
z	זַיִן	Zaiin	ז	ז
	חֵית	Heth	ח	*ח

* Quia litera א aspiratio est lenissima, magis fallēs quàm feriēs aures & nullam habens literam vel Græcam, vel Latinā, sibi respondentē, expressimus eius potestatem, per spiritum tenuem Græcorum: ex lenitate sua enim sonique exilitate non videtur audiri eius sonus, sed tantùm motionis siue notæ vocalis, qua afficitur & insignitur illa.

* Huius literæ ח vis est suppressa, quòd nullis possit literis referri & exprimi, est enim aspiratio densa, nō sonans vt ch, sed bis densiùs aspirans quàm h nostrum, & formatur in nodo gutturis.

5

t	טֵית	Teth	ט	ט
i consonans	יוֹד	Iod	י	י
c	כַּף	Caph	כ	כ
			ך	ך
l	לָמֶד	Lamed	ל	ל
m	מֵם	Mem	מ	מ
				ם
n	נוּן	Nun	נ	נ
			ן	ן
ſ	סָמֶךְ	Samech	ס	ס
*	עַיִן	Aiin	ע	ע
p	פֵּא	Pe	פ	פ
			ף	ף
tſ	צָדִי	Tſade	צ	צ
			ץ	ץ
k	קוֹף	Koph	ק	ק
r	רֵישׁ	Res	ר	ר
ſ	שִׁין	Sin	ש	שׁ
t	תָּו	Taf	ת	ת

** Hæc litera ע est aſpiratio, quam non propriè ſcriptura, ſed tantùm viua vox exprimere poteſt: exprimitur autē & formatur illa, dum flatus narium adminiculo in extrema gutturis parte ſtrangulatur & ad ſonum noſtri g imo gutture pronuntiati accedit.*

• Hæc litera cū pūctulo in dextro cornu ſic שׁ magis ſtridet & ſibilat quàm ſ, cū in ſiniſtro verò ſic שׂ vt ſ, ſiue ס, omnino ſonat.

Quæ in ſerie Alphabeti figura angulari iunguntur, duas habent figuras & biformes Latinè dici poſſunt: quarū ordine poſterior finē dictionis tantū occupat. Ad ſcripturæ enim decorū, quod ex illis literis in principio, vel medio dictionū contractum eſt, in fine extenditur. Quare ab Hebræis literæ פְּשׁוּטוֹת, .i. extēſæ ſiue explicatæ vocantur. Non finales verò כְּפוּפוֹת, id eſt, reflexæ ſiue replicatæ: ם tamen non finale vocant פְּתוּחָה, id eſt, apertum, & finale ם, סְתוּמָה .i. clauſum.

Sit tibi pro exemplo כ ſic reflexum, & ך finale ſic, ך extenſum.

Ex literis autem huiuſmodi quæ in fine dictionū locum habent, ך ſæpiſſimè ſcua de quo ſuo loco, inſi-

 gnitum

gnitum videtur ſic ךְ, ſæpiſſimè etiam puncto ‑ ſic ךָ, nonnũquã etiam notatur eodem puncto ‑ Nun finale vt קְרֶאןָ vocate, Ruth.i. quæ etiam ‑ notatio ipſi tſade finali, niſi me animus fallit, aliquãdo accidit ſic ץָ.

Obiter porrò obſeruandum Hebræos non ſeparatione, ſiue diuiſione ſcribendo vti, id eſt, dictione dimidiata, ſiue ſecta lineam claudete & ab eo quod ſupereſt, ſequentem lineam incipere, vt ſolent Græci & Latini: maluerũt enim & adhuc malunt fideles Librarij & etiã typographi lineas inæquales facere, vel ſpatium ſiue interuallum maius & ſæpius, quod aperturam vocant, inter dictiones relinquere, quo illæ inter ſe ſeiunctæ ſint, quàm confuſionem illarum & cacographiam experiri, & ob id turbatores dici. Huiuſmodi porrò diuiſione dictionum ſiue verborũ non antiqui Latini omnes vtebantur: nam in Augusto refert Suetonius Tranquillus cap. 87. quod vlla præcipue non diuideret verba ille, nec ab extrema parte verſuum (id eſt, linearum) abũdantes literas in alterum tanſferret.

Minores literarum figuræ in alphabeto è regione maiorum expreſſæ, vtcunque emanarunt ab ipſis maioribus literis, quibus contextus ſacer ſcriptus eſt: cũ autem extra ipſum contextum tot variæ & diuerſæ rationes & modi ſint ductuum & lineamentorũ, quot ſunt manus hominum depingentium literas: ſcripturam ita variam & diuerſam ſingulorum hominũ, per regiones Iudaïci exilij appellare ſolent כְּתָב הַמְּדִינוֹת ſcripturam prouinciarum, ſiue patriam & popularẽ. Ex huiuſmodi verò ſcriptura, quæ facilè pro cuiuſli-

bet

bet ſcribentis ingenio & manu variatur, magna ad legendum & dignoſcendum characteres literarum & dictiones procedit & emanat difficultas, vt etiam in aliis linguis ex literis manu ſcriptis. Literis autem iſtis ab Hebræis nihil ſacrum, ſed commentaria, epiſtolas & alia, quæ ſacra non ſunt, ſcripta tantùm comperies. Quia porrò facilioribus ductibus & lineamentis pinguntur iſtiuſmodi literæ, quàm quæ in ſacro contextu exprimuntur, pro vt ad imitandum ſunt illę faciliores, frequentius vſurpantur & in vſu quotidiano ſunt.

LITERARVM DIVISIO ET AFFINITAS.

Ad diſcrimē hoc percipiendū, animaduertēdi ſunt tractus, & lineamēta quibus corpora ſiue figuræ literarum fiunt, exēpli gratia, ב tribus lineis cōficitur כ verò, vnica linea, ſiue tractu vno circūducto. Reliqua, tu conſydera.

Monſtratis iam quatuor literarum accidentibus, quæ ſunt Nomen, Figura, Ordo (cùm enim numerēt Hebræi per literas, ordinis habenda eſt ratio) & Poteſtas, ſiue prolatio, supereſt docere nunc quintum literarum accidēs, quod eſt in proximitate earum, quæ concordis ferè ſunt figuræ, aut ſoni. Si numerum autem & partionem ſiue diuiſionem literarum inter illarum accidentia ponere velis, per me licet, ſic enim erunt literis Hebræorum accidentia ſeptem.

Literarum ſcripturæ pene ſimiliū tibi figuras ſubiecimus, ita vt aſſimilis aſſimili ſupponatur, vt.

ב ג ד ה ו ט ם ו

כ נ ר ח ז ם ס ן

Aliæ ſex ſunt ſoni duplicis.

תּ t פּ p כּ c דּ d גּ g בּ b

ת th, θ, פ ph, φ, כ ch, χ, ד dh, ג gh, ב, ϐ, ſiue v conſo.

Hæ

Hę ſex reſpõdere etiã poſſunt nouem mutis Græcorũ. Mutæ,

Tenues, פ ϖ. כ κ. ת τ.
Mediæ, ב β. ג γ. ד δ.
Aſpiratę, ת θ. פ φ. כ χ.

De his ſex literis dicemus latiùs, quãdo officiũ daghes pũctuli inſcripti meditullio literarũ, docebim⁹.

Literæ porrò ג & כ ex æquo perferũt ſuam vim ad omnes vocales .i. non aliter ſonant cùm e, i, quàm cũ a, o, u. Vna quæque enim litera pręſe fert nomen ſuæ pronuntiationis, ſiue à ſua pronuntiatione nomen habet.

Poſſunt etiam hæ quatuor literæ אֶהְוִי, mutæ dici, quòd quanuis motione afficiantur vocali, reſpectu omnium aliarum conſonantium, exiguam habeant vocem, præſertim ה, & א.

Seruiles ſiue addititias, et radicales ſiue natiuas literas cũ themáte, docebimus.

Vnica duplex videtur, צ, tſ, ſiue ס ט.

Soni ferè eiuſdem.

ה ו ט כ ס
ח צ ת ק ט

Omnes hæ literæ rurſus in quinque diſtribuuntur claſſes, ſecundum differentiam & diuerſitatem organorum, ſiue inſtrumentorum humanæ vocis. Aliæ enim dùm proferuntur, adminiculo gutturis potiſſimùm egent.

vt,	אֲהַחַע
Aliæ palati. vt,	גִיכַק
Aliæ linguæ. vt,	דַטְלַנְת
Aliæ dentium. vt,	זְסַשְׁרַץ
Aliæ labiorum. vt,	בוּמַף

Obiter porrò notandum, etiam in aliis linguis (nã multùm hoc cõfert ad etymologiã & vocum formationem)

tionem in illis intelligendum) literas eiuſdem organi frequenter inuicem ſubſtitui & affines ob id dici.

Volunt Cabaliſtæ, hoc eſt, Hebræi qui confingunt & comminiſcuntur ſepænumero arcana, ſiue myſtica ſacra ex literis Hebraïcis, literam י eſſe literarum omnium principium & finem, quòd veluti punctum protrahi poſſit illa in quælibet literarum lineamenta & figuras quaſlibet. Sicut enim, aiunt illi, materia formas omnes recipere poteſt & principium eſt, ſic & י eſt omnium formarum literarũ materia & principium, in quod etiam deſinunt illę: docent itaque illi literas Hebraïcas omnes ex multiplici י diſtinctè confici & conſtare poſſe, vt ex oppoſito alphabeto compertum habetur, quod quidem alphabetum accedere videtur ad ſcripturam illam diſciſſam, quã Galli *eſcripture briſée, ou coupée* appellant.

Hactenus de literis.

De Punctis siue Motionibus vocalibus quibus omnes soni vocis cum literarum notis terminantur.

Sunt apud Hebræos נְקוּדוֹת exilia siue tenuia pūcta quædam, quibus ad voces suas exprimendum faciendúmque sonare consonantes, vt referantur ipsius oris claustra, vice vocalium vtuntur, quæ ab illis commodè etiam תְנוּעוֹת, id est, motiones vocantur, quòd per eas moueantur literæ. Ipsis literis quidē cum illæ voces nonsint, sed vocum formādarum indices, motiones ipsæ tanquā mortuis vitam afferūt: מְלָכִים Reges quoque aliquando easdem appellant, quòd illarū veluti imperio moueantur consonantes ac gubernētur. Quandoque etiam רוֹמָזִים signa vocalium dicuntur, quod literæ ille non sint, sed signa & notæ ipsarù vocalium. Illarum porrò authores fuere sicut & accentuum, Hebræï doctissimi, quos Masorethas vocāt, de quibus satis infra quando de literis אהוי dicetur. Eas in quinque קְטַנּוֹת .i. paruas, quæ filiæ magnarum dicuntur ab Heb. doctoribus & in quinque גְדוֹלוֹת .i. magnas, quæ matres seu basis & fundamentum loquendi etiam appellantur, diuidunt.

** Motio- sæpenumero appellatur – גָדוֹל .i. – magnū. * verò appellatur – קָטוֹן .i. paruum.*

** Hiric magnum à paruo differt, quod Hiric magnū sequatur Iod, paruum minimè.*

Motiones.

Paruæ.				Magnæ.			
*Patha	פַּתַח	בַּ	a	Camets	קָמֶץ	בָּ	a
Segol	סֶגוֹל	בֶּ	e	Tsere	צֵרֵי	בֵּ	e
Hiric paruum	חִירִק קָטוֹן	בִּ	i	** Hiric magnum*	חִירִק גָדוֹל	בִּי	i
** Camets raptum, i. breue.*	חֲטַף קָמֶץ	בֳּ	ou, o	Holem	חוֹלֶם	בוֹ בֹּ	o
Kibbuts	קִבֻּץ	בֻּ	u	Surec	שׁוּרֶק	בּוּ	u

** Hateph Camets per o, vel ou raptū legendū censeo, ab eius nomine* חֲטַף*, quod raptum significat.*

Similis eſt ratio aliarum omnium literarum cum his motionibus, atque eſt in hac tabula cum בּ.

Holem motio, modò ſuper vaf, vt לו, illi, & dicitur holem מָלֵא plenum: .i. ſiue turgidũ, modò ſiue vaf, vt כֹּה, ſic, & dicitur holem חָסֵר .i. imminutum ſiue deficiẽs, reperitur. Surec autem nunquam niſi ex gremio vaf videtur, quod tunc nota vocalis longę eſt, non autem litera, vt לוּא, vtinam.

*Paucis tamen quibuſdam in locis reperiuntur א et ר habere daghes, ſed quia rarò hoc cõtingit, non in eo inſiſtunt Grãmatici. Vide Michol in obſeruationibus in futurũ Nipſal verborũ perfectorũ vbi tredecim exempla adferũtur in quibus ר habet daghes, quatuor verò in quibus א eo donatum eſt.

De דָּגֵשׁ

Punctulum inſcriptum meditullio literarum ab Hebræis daghes dicitur, cuius quidem capaces ſunt omnes literæ, præter quatuor gutturales * אֲהָחַע, & ר. Illud porrò eſt duplex, alterum חָזָק, id eſt forte, cuius officium eſt, vt ſonum literę, cuius gremio inſcribitur, intendere & conduplicare videatur: vt שִׁבֵּר Sibber. Alia eius officia facilè vſus te docebit. Alterum קַל id eſt, lene eſt, cuius tantùm ſunt capaces literæ ſex בְּגַד כְּפַת, dum ponuntur & locum habẽt duntaxat in principio dictionis, vel poſt ſeua quieſcens plurimùm, nã alias in iſtis ſex literis, ſi inueniatur daghes, erit forte & illas geminabit. vt תִּזְכּוֹר, recordaberis. maſculini gene. & ſic de aliis. Has enim ſex literas ita mutat daghes lene, & robur adfert vt ſonent.

Daghes, ab officio ſuo fortificatiuũ dici poteſt, quòd literas fortificare et corobo rare videatur, tamẽ adhuc eſt etiam Iehudæis eius etymon incognitum. Vide Eliam in ſuo Tiſbi.

תּ t פּ p כּ c דּ d גּ g בּ b

Cùm verò abeſt, molliùs ſiue remiſſiùs ſonant: nempe ת th ſiue θ. פ ph ſiue φ. ch ſiue χ. ד dh ſiue d lene. ג gh. ב vt β, ſiue v conſonans: Itaque ab Hebræorum nonnullis appellantur אוֹתִיּוֹת כְּפוּלוֹת חֲזָקוֹת וְרָפוֹת literæ duplices, hoc eſt ſoni duplicis, fortes & lenes.

Regula.

Nunquam daghes in vltima litera aliqua apparet, præterquàm interdum in his ſex בְּגַדְכְּפַת. vnius exemplum in præſentia ſufficiat, פְּקֻדַּת. Quomodo daghes vocalitatis gratia ponatur in prima, vel ſecunda, vel tertia natiua litera, videbis in fine huius operis.

Non te conturbet, dictũ eſſe literas gutturales nõ admittere daghes, videáſque frequenter ה cum punctulo in gremio: illud enim nõ eſt daghes, ſed מַפִּיק .i. ſignũ pronũtiationis ſiue conſonãtiæ ה dicitur à Grãmaticis, & eſt tunc ה relatiuum, fœminini generis, tertiæ perſonæ, ſingularis numeri. vt, בְּנָהּ filius eius: quod tamen puncto vocali notari non debet, nam tunc non eſſet relatiuũ. vt, אֱלוֹהַּ Deus: de cuiuſmodi notatione הּ dicetur infra, vbi de ה & ע agetur: ſunt inſuper quatuor verba, quæ habent pro tertia litera thematis ה, tali puncto inſcripto eius gremio, תָּמַהּ, נָבַהּ, כָּמַהּ, נָגַהּ, quod quidem punctum indicat ה illud nunquam excidere, ſed conſonum ſemper eſſe, aliter quàm in omnibus aliis verbis habentibus ה pro tertia thematis litera, quæ nonnunquam in illis exidit & tollitur de medio, aut expreſſa deſinit eſſe conſonans & fit otioſa: de quibus latiùs ſuo loco.

מַפִּיק productum ſeu prolatum ſignificat: nimirũ quando vnius literarum רוי auditur, vel ſonus, vel coaleſcentia, cũ precedẽte ſyllaba dicitur illa mappic, id eſt, prolata, & nõ ocioſa. de mappic videbis ad huc ſub finẽ huius libri vbi de quatuor cauſis literis אהוי derogantibus agitur.

De : שְׁוָא

Duo punctula, quorum vnum alteri ſuperponitur, Seua appellantur: dicitur etiam miniſter ſiue ſeruus motionum omnium, eo quòd modò prǫponatur, modo poſtponatur decem motionibus vocalibus & ſic æquè illis inſeruiat. Eius natura eſt, vt ad venuſtatem pronuntiationis certis in locis quieſcat, ſiue non legatur

gatur & dicatur שְׁוָא נָח Seua quiescẽs, siue taciturnum & non pronuntiandum, & certis in locis legatur & vocetur שְׁוָא נָע Seua mobile, siue legendum & pronuntiandum.

In locis tamen In quibus legitur, omni Iehudæorum de eius lectione relicta superstitione morosa, curiosa, molesta & Proteo mutabiliore ex pessimo linguæ & veræ pronuntiationis custode vulgo, quod magis balbutiei & malæ consuetudini inseruire studet, quàm rationi, cum doctissimis præceptoribus nostris Regiis professoribus dicimus ipsum sonare vt e breuissimũ, ita vt dum profertur, magis fallere, quàm ferire aures percipiatur, obiter quando legi debeat, regulas certas subscribentes.

Primò, legitur siue pronuntiatur seua, quoties sub prima dictionis litera ponitur. vt, דְּבָרִים verba.

Secundò, quando præcedit ipsum vna magnarum motionum. vt, שָׁמְרוּ custodierunt. Tunc autẽ propriè duplex exprimitur accentus in dictione, quorum primus Methegh id est frenum dicitur (vel aliquando aliquis alius, raròtamen) & comes est ille syllabæ longæ, ad docendum lectionem ipsius Seua proximè sequentis, de quo fræno paulò post in seua composito, secundus verò natiuus accentus est ipsius dictionis, attollens syllabam, quoniam accentus natiuus dictionis apud Hebręos semper est in penultima, vel in vltima, nunquam autem in antepenultima: post paruas enim motiones semper silet seua: silet quoque illud, post motiones longuas, si deinde sequatur daghes יָרֵאתָּ timuisti Deut. 28. קָטֹנְתִּי inferior sum Gene. 32.

32. post Seua mobile enim, vt paulò post docebitur, sequi non potest daghes

Tertiò, quādo ponitur sub litera cuius meditullio inscribitur daghes. vt, סִפְּרוּ narrauerunt.

Quartò, si eadam litera bis continenter scribatur & prima habeat sub se seua, habet illud mobile. vt, הִנְנִי ecce me, הַלְלוּ laudate.

Quintò, si bis Seua continēter in medio dictionis exprimatur, primū quiescet & otiabitur, alterū verò legetur. vt, יִלְמְדוּ discēt. In fine autē dictionis si bis cōcurrat, vtrūq; semper quiescit soletquè fieri huiusmodi duplicis Seua concursus, quando duabus consonantibus clauditur dictio. vt, וַיֵּבְךְּ & fleuit, Genes. 72. תֹּסְףְּ Addas: etiam sub litera habenti in complexu suo daghes in fine dictionis Seua non legitur, sed semper quiescit & otiatur. vt, וַיֵּשְׁתְּ & bibit, Genes. 9.

Regula.

Nusquam inuenitur seua expressum in fine dictionis, præterquàm in literis בְּגַד כְּפַת, exceptis tantùm tribus dictionibus, קוֹשְׁטְ veritas, Prouerb. 22. וַיַּשְׁקְ & potum dedit, Genes. 29. à שָׁקָה. יֵטְטְ declinabit Prouer. 7. à שָׂטָה.

Omnis vltima litera quatuor literis אהוי exceptis virtute continet seua quiescens, nam refertur siue trahitur extrema illa litera ad proximè antecedētem syllabam siue lōga, siue breuis fuerit illa: Seua verò illud apparet & exprimitur si quippiam adiūgatur otiatúrque siue quiescit, aut legitur secundum superiores canones lectionis illius. vt in פָּקַד & in בֵּן si addatur sylla ba תָּ, indice secundæ personæ præteriti masculini generis

neris elucescit in ר & in Nun seua quiescens. vt, פְּקַדְתָּ בְּתֹךְ Sic quoque in מָשָׁל prouerbium, si adhibeatur ךָ pronomen, conspicuum erit Seua legendum sub ל sic מְשָׁלְךָ prouerbium tuum פְּקָדְךָ visitauit te virum vir. Sic etiam sentiendum de literis aliis.

Regula.

Notãdum insuper post seua mobile nunquam sequi daghes, vnica tantùm dictione excepta שְׁתַּיִם duæ, vbi post seua mobile ponitur daghes. Iehudæi tamen in partibus Orientalibus exulantes, dicunt א cum :· motione breui in hac dictione intelligendũ sic אֶשְׁתַּיִם pro שְׁתַּיִם, vt daghes in ת sit post seua quiescens.

Quare seua inter motiones vocales non numere-
1 tur, ratio est,[1] quoniam aliquando legitur seua, aliquãdo verò non legitur, sed quiescit & trahitur quando quiescit cum sua litera ad precedentem syllabam, ac cum illa veluti commiscetur eamque constringit. Mo
tiones vocales verò omnes semper leguntur.[2] Præter- 2
eà non numeratur inter notas vocalium ipsum Seua, quòd dictio nunquam cum seua solo inueniatur, sed opus est adhuc aliis motionibus, antequam dictio aliqua stare possit: quapropter seua siue simplex siue cõpositum sit, dicitur nunquam ædificare sibi domum ab Elia, Cantico sexto. De hoc adhuc infra dicemus, quum de hateph camets dicemus.[3] Non desunt porrò ex Hebræis, qui ipsum Seua שְׁבָה .i. captiuum vel etiam בַּר־הַמֵּצַר filium afflictionis appellent:, propter miseram & onerosam seruitutem, quam seruit.

Puncta rapta, id est, raptim legenda, quæ etiam semipuncta dici possunt.

אֲ a חֲטַף פַּתָּח Hateph pathah, id eſt, raptum ſeu paruum pathah. *Semipathah.*

אֱ e חֲטַף סֶגוֹל Hateph ſegol, id eſt, raptum ſeu paruum ſegol. *Semiſegol.*

Pathah & ſegol quæ hîc vides compoſita cum ſeua & etiam ſæpe numero ־ָ, vt paulò poſt videbitur, nihil aliud indicant quàm ipſum ſeua, alioqui celerrimé, breuiſſimè & obſcuro ſono magis fallendo quam feriendo aures, legendum, clariùs & lentiùs ſub literis gutturalibus legendum & proferendum eſſe ad illarũ faciliorem pronuntiationem: habent enim quatuor gutturales אֲהָחָע, cùm ventoſæ ſint literæ, minus vocis & conſonantiæ quàm aliæ conſonantes, & tardioris moræ difficilioris què ſunt prolationis: quòd videlicet vix aliquo reliquorum organorum humanæ vocis iuuẽtur adminiculo: חֲלָשִׁים porrò, hoc eſt debiles quatuor gutturales vocat Aben Ezra in libro de Lancibus, hoc eſt, de diligẽti linguæ Sanctæ examine: extra eas raro admodùm hæc puncta compoſita inueniuntur: quare peculiaria gutturalium appellantur: ea daghes nunquam ſequitur, raro ſeua, quod etiam ſub primæ ſyllabæ litera niſi paucis in locis illa præcedit עֹזְבֵךְ deſerere tè Ierem. 2. Seua præcedens & etiam ſequens punctum raptum in vno vocabulo conſpicitur בְּחָדְשָׁהּ in menſe eius Ierem. 2. hoc autem quod ſciam, nõ niſi cum ־ָ: conſpicitur: in medio dictionis autem ſæpe illa precedere poteſt. vt, וַיִּזְעֲקוּ & clamauerunt, Ionæ 1. & aliàs. Ponitur etiam methegh .i. frenũ accentus protractionis ad cohibendum ſyllabas inuẽtus, ne pronuntiatio nimis excurrat & fiant tranſpoſitiones

Notandum gutturales literas ſe, & præcedentes literas notare, hoc eſt, ſi gutturalis litera habeat hateph pathah, præcedens litera plurimùm habebit motionẽ affinẽ, nẽpe pathah. Si verò hateph ſegol, præcedẽs habebit ſegol. vt, יַעֲלֶה, Aſcendet. יֶאֱסֹף addet, hoc etiã fit cum hateph camets vt יַעֲמֹד ſtatuetur.

tiones literarum aut ſyllabarũ, vel etiam motionum feſtina pronuntiatione,qui inſtar lineæ perpendicularis pingitur,cum motionibus,quæ præcedunt puncta rapta,de quo adhuc vbi de acentibus tractatur,ſub finem dicetur. חֲטַפִּים.i.duo puncta rapta etiam mutuò nuſquam ſeſe conſequuntur.

Aliquando tamen literæ gutturales in medio dictionis reperiuntur cum puro & ſimplici ſeua, quanuis ſuperiora puncta rapta dicantur gutturalium literarum peculiaria. In principio dictionis nunquã cum ſimplici ſeua videntur, quoniã quoties ſeua debet legi ſub gutturalibus literis,quod pre cæteris aliqud difficultatis & tardioris moræ in ſui pronuntiatione habeant illę,debet componi ſeu dilatari per ֲ aut per ֱ aut per ֳ, ſeua enim ſimplex legi nunquã poteſt ſub aliqua ex gutturalibus literis. Hoc autem tribus regulis in fine huius operis demonſtramus:oſtenditur illis canonibus tribus enim,gutturales literas poſſe habere ſeua ſimplex & non compoſitum in medio dictionis. Quòd literæ gutturales ſe & præcedentes literas ſemper non notent percipiatur exemplo ex Iona paulò ante citato & ex שִׁחֲדוּ munera date Iob 6. propter huiuſmodi enim dictiones, in quibus huiusmodi affinitas notationis non videtur, in ipſa marginis annotatione appoſitum eſt vocabulum:plurimùm.

Dictum eſt ſupra,raò admodum hæc puncta compoſita ſiue rapta reperiri ſub aliis quàm gutturalibus literis.Reperiuntur tamen, potiſſimùm quando eadẽ ſequitur conſonans in eadem dictione: tunc enim ex his præcedens habet quandoque hateph pathah. vt,

צָלֲלוּ כַּעוֹפֶרֶת Demerſi ſunt tanquam plumbum, Exod. 15. רִבֲבוֹת אַלְפֵי יִשְׂרָאֵל Myriades milium Iſrael. Nume. 10. Non ſequente etiam eadem conſonante, ſed rarò. vt, רֻטֲפַשׁ Succoſus eſt. Iob. 33.

Sunt etiam adhuc quædam cauſæ, propter quas literæ non gutturales aliquando habent ſub ſe ־ֲ, puta quando ו præponitur literæ affectæ ſeua, dilatatur enim tunc quandoque ſeua per pathah, ornatus ac vocalitatis (vt Dauid Kimhius ait) gratia. vt, וּזֲהַב & aurū, Geneſ. 2. Ezechiel. 26. Iudicum 5. & Numeri. 23. & alias. Item, ab hoc verbo בֵּרֵךְ benedixit deriuata, in quibus accentus methegh eſt ſub ב, habent aliquādo ſub ר ־ֲ. vt, וַאֲבָרֲכֵהוּ & benedicā ei, Gen. 27. וְהִתְבָּרֲכוּ בוֹ & benedicent ſibi in illo Ierem. 4. & alia. vt, Iudicum 5. magis vſu quàm præceptis percipienda, in quibus variant exemplaria, vt in deriuatis ab אָכַל, quæ Elias Cantico duodecimo perſequitur & tractat.

Quando ſeua ſequitur literam gutturalem, ex ־ֱ literæ gutturalis detracto Seua fit ־ֶ, ne videlicet alterū ſeua ſequens legatur, & fiat κακοφωνία (Nihil enim aliud eſt ־ֱ quàm ſeua compoſitum ſeu dilatatum per ־ֶ) vt, נַחֲלָתֵנוּ נֶהֶפְכָה לְזָרִים hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos. Treno 5. vbi נֶהֶפְכָה pro נֶהֱפְכָה. Eadem erit tibi de ־ֲ ratio.

De ־ֳ

Quanuis ־ֳ ſit חָטֵף id eſt, raptum, non tamen paulò ante adnumerauimus illis duobus ־ֲ & ־ֱ, eo quòd plurimùm hoc, vt ex punctorum vocalium tabella ſupra videtur, numeretur inter decem motiones vocales (vt vſu tamen videre licet, ſæpe conſiderandum eſt vt ſeua di-

ua dilatatum siue compositum cum ּ, non autem vocalis motio & vocari potest Smicamets) quòd indiffe renter subscribatur omnibus literis & quòd ex eo fiat vocabulum monosyllabum כָּל־ quod neq; seua simplex, neque alia duo puncta rapta ֲ & ֱ præstare possunt: nulla enim ex illis solis constare potest dictio. Vt supra dictum est in fine seua. Huic motioni ֳ in quibusdam codicibus ascribitur seua dextero lateri sic ֳ in quibusdem verò non: quare in huiusmodi codices incidens ne fallaris & allucineris putans illud esse camets magnũ, imbecilitati ingenij tui consulendo certas quatuor regulas tibi subscribam, quibus camets motionem magnam ab hateph camets quando suum Seua perdit, seu (vt placet Eliæ vocare) camets hatuph discernes.

Prima, si ָ post quod sequitur daghes, nõ aliquo accẽtu sussultũ fuerit, illud camets nõ erit motio magna camets, sed camets hatuph, semper per ou, siue o, & non per legendum. vt, כָּלוּ תְפִלּוֹת דָוִד absolutæ sunt pre cationes Dauid. Psalmo. 72. שָׁדְּדָה נִינְוֵה Vastata est Nineue Num. 3.

Secunda, si sequatur post ָ seua quiescens, id est, si camers præcedens non habeat iuxta se methegh, vel alium quenuis accentũ, tunc non erit camets, sed camets hatuph. vt, הַחָכְמָה תְּחַיֶּה בְעָלֶיהָ Sapientia vitam cõ fert possessoribus suis. Ecclesiast. 7. עָצְמָה robur. Esaię 40. quod de naturali, & nõ per accidens aliquod posito intelligo: nam quãuis Ruth secũdo legatur אַרְצָה in terram: seua post tale ָ non est legendum, eo quòd contra rationem grammaticæ vicem gerat motionis

paruæ ׃ propter accentum diſtinguentem, quia vt ſuo loco dicitur, ſolẽt breues in longas ſyllabas conuertere accentus diſtinguentes: ſtatus enim abſolutus dictionis eſt אֶרֶץ.

Tertia omne camets vltimæ ſyllabæ iunctum per virgulam quam Hebræi מַקָּף vocant, cum ſequenti dictione, ſi non habeat poſt ſe א vel ה, vel aliquo accentu non ſuffultum fuerit, eſt camets atuph. vt, כָּל־אֹיְבַי, omnes inimici mei. Pſal. 3. Sine macaph enim ſcribendum erat כֹּל per holẽ: vt porrò hîc obiter dicam, monoſyllaba vocabula apud Hebræos inter vltimas habentur ſyllabas: ſimiliter dicendum eſt eſſe camets atuph ſub ר in פֶּן־יִפְרָץ־בָּם ne irrumpat in eos (Dominus) Exod. 19. vbi ר litera afficitur camets atuph propter virgulam maccaph. Cęterùm ſi poſt ָ ſequantur ה vel א, vel aliquo accentu ָ præditum fuerit, ָ illud etiam præſente maccaph erit longum אֶמְצָא־חֵן בְּעֵינֶיךָ Inueniam (inueni) gratiã in oculis tuis Ruthæ 2. לְמַעַן אֶחֱטָא־לָךְ Ne peccem tibi. Pſal. 119. in ב. Et id genus alia multa. Exẽplar כְּתָב־הַדָּת Scripturæ legis .i. ſcriptæ legis. Eſter 4. vbi ָ ſub ה præditum accẽtu Methegh eſt longum. Sic in גֵּר־שָׁם peregrinus ibi. Eſræ .i. ָ ſub ר donatum eſt ipſo methegh & longum eſt תַּאֲוָה־הוּא deſiderabilis ipſa (arbor erat,) Geneſ. 3. & וּשְׁקָה־לִּי, Et oſculare me, Geneſ. 27. & id genus alia.

Quarta, in dictionibus in quibus in vltima ſyllaba eſt ָ, & nullus vnà cum illo ָ eſt accentus, quod potiſſimùm in quibuſdẽ futuris verborum obſeruatur, tale ָ eſt atuph, vt, וַיָּקָם קַיִן Et ſurrexit Cain. Geneſ. 4. וַיָּקָץ מוֹאָב Et anxius fuit Moab, Num. 22.

De

De literis אֶהֱוִי.

Hæ quatuor literæ nullum ſonum emittunt & deſinunt eſſe conſonantes, niſi motione aliqua afficiantur vocali & ob id literæ נָחוֹת, id eſt, quieſcentes ſeu ἄφωναι dicũtur: illarum natura eſt, vt ſemper adſint expreſſæ motionibus magnis, aut non expreſſæ in ipſis lateant, fortaſſis propter duo tempora, quæ ipſæ motiones magnæ habent, quod paruis non competit motionibus: itaque motio magna proferri nõ poteſt, niſi adfuerit actu, vel intelligatur vna illarũ: quare אִמּוֹת הַדִּבּוּר id eſt, matres ſiue baſes locutionis & אוֹתִיּוֹת הַנְּשִׁימָה id eſt, literæ mentis (mentales, ſiue mente cõcipiendæ) & etiam אוֹתִיּוֹת נֶעְלָמוֹת .i. literæ latentes ſiue abſconditæ, appellatæ ſunt. Occaſio porrò intelligendi & imaginandi iſtas literas ſumpta videtur tum ex cabala .i. acceptione non ſcripto, ſed ore ac veluti per manus tradita, tum ex dictionibus quæ illas expreſſas modò habent, modò verò ſuppreſſas.

Tres tamen literæ אֱוִי quamuis matres locutionis vel הַקְּרִיאָה .i. lectionis appellatæ fuerint ab antiquis Hebræis, hoc eſt, lectionis vtqunque directrices, nunquam ſatis ſufficienter certæ vocales fuerunt: tum q̃ ipſarum vocalium proprium ſit ſemper adeſſe expreſſè conſonantibus & veluti vitam inſpirare illis, iſtę verò אוי literę paſſim ſuppreſſæ videantur & deliteſcãt: tum quòd tribus iſtis literis quinque ſoni, a,e,i,o,u, diſtinctè & explicatè exprimi non poſſint. Adde quòd ſi ſufficienter ſatis certæ vocales tres iſtæ literæ fuiſſent, fruſtra & ſine cauſa puncta vocalia, de quibus ſupra dictum eſt, inuenta fuiſſent à patribus circunciſis

Maſorethis illorum authoribus, ante quorum tēpora vt in caput vndecimū Targumi Ionathani in Hoſeā vatem fuſius docuimus, habebatur Hebraïcé legendi ratio ex Cabala. Illi enim maſorethæ prudentiſſimi doctiſſimique viri, non ſeparatè, vt faciūt ardeliones, qui ſtatim ſciunt omnia & neminē verentes, neminē imitantes ſibi ipſi exemplo ſunt, ſed concilium habentes cùm viderent ob exilium, quo premebātur & quo adhuc diſperſi ſunt Iudæi vbique terrarū, linguā Hebraïcā illiuſque pronuntiationē peſſum ire & quenque pro arbitrio ſuo in poſterum lecturū, niſi ſuo ſtudio & diligentia tanto malo occurreretur, ab adiectione, detractione, immutatione & tranſpoſitione literarum ita omnino abſtinendo & temperando, vt ſemper ſacroſanctus & intactus remāſerit Hebraïcus cōtextus, notis ſiue punctis vocalibus nobis expreſſerūt quantū in ſe fuit, antiquā legendi Hebraïcè rationē, quam, hactenus per manus maiorū habuerant à Moſis & Ioſuæ temporibus. Scriptus nanque & exaratus erat antea contextus Hebraïcus continenter & indiſtinctè ſine ſatis ſufficienter certis vocalibus, aut notis aliquibus earum, ac etiam ſine accentibus, vt videlicet tacitum & ignotum eſſet myſteriū religionis veri dei barbaris & exteris gentibus niſi proſelitis, hoc eſt, his qui prius per aliquod tēpus inſtituti ex ethnicis & incircuncifis voluërant cultum veri dei & illius religionem ſuſcipere miſcerique populo dei opt. maximi. Illis porrò tribus literis אוי deinde à grammaticis adiunctum eſt ה, eo quod illud eodem modo quiescat, ſed duntaxat in fine dictionis, quo ipſum א.

א, tan-

א, tātùm in fine & medio dictionis silet.

- Post ָ. vt, צְבָא exercitus, Num. 1.
- Post ֵ. vt, כִּסֵּא thronus, Ester 1.
- Post hirec magnū. vt, בָּרִיא pinguis, Iud. 3.
- Post holem. vt, בֹּא יָבֹא veniendo veniet, id est, certè veniet, Abac. 2.
- In medio dictionis. vt, יֹאכַל־בּוֹ comedet ex eo Exod. 12.
- Post ְ. vt, נְשׂוּא פָנִים discrimē seu ratio personarum, Esa. 3.

ה dūtaxat in fine obmutescit

- Post ָ. vt, גָּלְתָה יְהוּדָה migrauit Iehuda, Treno. 1.
- Post ֵ vt, אַרְיֵה leo, Genes. 49.
- Post holem. vt, גָּלֹה migrare, Amos. 5.

ו tantùm quiescit

In medio. vt בְּשִׂפְתֵי נָבוֹן תִּמָּצֵא חָכְמָה In labiis prudentis inuenietur (inuenitur) sapiētia, Prouerb. 10. & in fine, semper sub holem. vt, לוֹ illi. Post motiones autem ָ & ַ ו in fine dictionum proferendum est vel vt u diphtongi Latinæ in verbo audio, vel vt f. post iric verò & ֵ vt f. שְׂלָו coturnix Exod. 16. קַו־תֹהוּ linea inanitatis Esa. 34. אָחִיו frater eius Gen. 4. פִּיו os eius, idest. Reg. 4. שָׁלֵיו quietus Ieremi. 49. כִּסְלֵו Nouember. Nehem. 1.

י silet & obmutescit in ֵ. vt לְנֶגֶד עֵינָי corā oculis meis Psal. 26. מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה Prouerbia Selomonis. Proueb. 1. in ִ vt, דְּבָרָיו verba illius: Deut. 4. Sic in ֶ vt, דְּבָרֶיךָ verba tua Daniel. 10.

Post alias autē omnes motiones, vel est י affectū motio-

tio-

motione vocali & ſic conſonans. vt, הָיָה fuit: vel coaleſcit & coheret motione deſtitutum. Coaleſcit autem י in fine dictionis, poſt quatuor iſtas motiones, ָ, ַ, ֹ, וּ, cum præcedenti ſyllaba, ſicut vocalis in diphthongo & pronuntiatur poſt ָ & ַ, vt y, in dictionibus Gallicis *iray*, *diray*, *feray*. Poſt holem, vt y, in dictionibus Gallicis *toy*, *foy*, *roy*. & poſt וּ, vt y in fine dictionis Gallicæ, *luy*, *appuy ennuy*.

Excpla י hærentis & coaleſcẽtis in fine dictionis poſt quatuor præſcriptas motiones ָ, ַ, ֹ, וּ,

- Poſt ָ. vt, אֲדֹנָי adonai, Domin⁹ τρισυλλάβως.
- Poſt ֵ. vt, דְּבָרַי deuarai, verba mea, τρισυλλάβως.
- Poſt holẽ. vt, גּוֹי, goi, gens הוֹי hoi, heu μονοσυλλάβως.
- Poſt וּ. vt, בָּנוּי, banui, ædificatus, δισυλλάβως.

Quòd literæ אֶהֱוִי lateant & virtute contineantur in motione longa, patet ex Exod. cap. 20. vbi ſic legitur. לֹא־תַעֲשֶׂה־לְךָ פֶסֶל Non facias tibi ſculptile: vbi, in פ, dictionis פֶּסֶל, non ponitur daghes propter ה vnã literarũ אֶהֱוִי quæ ſubintelligitur & imaginãda eſt ac mẽte concipienda poſt ָ dictionis לְךָ ſic לְכָה. Simile itidẽ habetur in fine Pſal. 13. בְּחַסְדְּךָ בָטַחְתִּי In miſericordia tua ſperaui. ſic כָה. Sic à יָשַׁב ſedit: in futuro dicitur תֵּשֵׁב ſedebit: vbi in ֵ literæ ת, latet & virtute continetur י prima natiua litera, שֵׁרִית reſiduum .i. Paralip. 12. pro שְׁאֵרִית ſic שֵׁלָתֵךְ petitio tua. Sam. 1. 17. pro שְׁאֵלָתֵךְ הִכֹּן, eſto paratus Eſechiel. 38. pro הִכּוֹן ſic מְקֹמוֹ locus eius Exod. 18. pro מְקוֹמוֹ. Reliqua vſu inter legẽdum ſunt obſeruanda.

Hæ

Hæ tres literæ אֱהִי, etiam in motione parua ∵ actu quandoque quiescunt. vt,
{ גֹּמֶא iuncus.
שָׂדֶה ager.
דְּבָרֶיךָ verba tua.

א & ה porrò quiescere reperiuntur in ־, sed hoc rarum est, vt לַאדוֹנָי domino, vt in litera ו obseruauimus quādo de literis מטהוכלב tractamus. ־מַה quid, & post se habet maccaph, nam alioqui scribi solet מָה.

DE LITERIS PERMVTABILIBVS.

Quinetiam quatuor literæ אֶהֱוִי à Grammaticis אוֹתִיּוֹת מִתְחַלְּפוֹת, id est, literæ permutabiles appellantur, quòd frequenter vna in aliam commutetur.

ה in א. vt, & in ו.
{ קְרֶאן לִי מָרָא vocate me amaram, Ruth. 1.
pro מָרָה. אָהֳלֹה tabernaculū eius Gen. 9.
pro אָהֳלוֹ.

א in ה, & in י. vt,
{ כִּסֵּה thronus, 1. Reg. 10.
pro כִּסֵּא.
בְּרִיָּה pinguis. fœm. gene. Ezech. 34.
pro בְּרִאָה.

ו pro י, & י pro ו. vt,
{ הֱוִי esto, Esa. 16.
pro הֱיִי Imperatiuo, ab הָיָה fuit.
קִיַּם confirmauit, Ester. 9.
pro קִוַּם.

& alia quamplurima: hæc enim obiter duntaxat adduximus pauca exēpla, vt tyronibus huius linguæ sternamus viam.

DE REDVNDANTIBVS LITERIS.

Adhuc etiam literæ אֶהֱוִי dicuntur אוֹתִיּוֹת נִסְפּוֹת, id est, literæ superuacaneæ & addititiæ, siue paragogi-

cæ, quòd ſæpe nihil ſignificantes ſubiungantur dictionibus.

א in fine addititiũ, ſiue redundans per paragogẽ. vt,	חֲנָא commotio, Eſa. 19. pro חֲנ.
ה pariter paragogicum. vt,	לַיְלָה nox, Pſal. 104. pro לַיִל.
ו itidem redundans. vt,	חַיְתוֹ־יָעַר beſtia ſyluæ, Pſal. 104. pro חַיַּת יַעַר.
י ſimiliter vacans. vt,	שֹׁכְנִי habitans, in Abdia. pro שֹׁכֵן.

ה Tamen in fine, ſi null' ſtatim præcedat accentus aliquãdo pro rõne ſententiæ æquiualet & equiparatur præpoſitioni אֶל id eſt ad vel in. vt, גָּרְנָה ad aream, Mich. 4.

Et alia, quę breuitatis gratia omiſimus: eiuſmodi proculdubio paragoge, ad euphoniam ſiue, vocalitatem in Hebraiſmo frequens admodum eſt.

Niſi ו hic omnino redũdaret, dicendũ eſſet הַיָּתוֹ ex proportione ſiue grammatica analogia.

DE VTRARVMQVE MOTIONUM natura.

Motiones magnæ gaudentes cõnecti duntaxat cũ ea cõſonante ſola à qua feriũtur & frangũtur & propterea liberã pronuntiationem poſtulantes, quam daghes & ſeua quieſcens abrumpunt & vrgẽt, vtrũcunque illorum enim conſonantem, quam inſignit, miſcet cum præcedente ſyllaba, & ſic vim afferre & veluti impreſſione facere pronuntiationi videtur, ob id illæ, inquã, poſt ſe neutrũ illorum admittunt, ſed liberè per ſe voce faciunt & terminant, ita vt quæ ſtatim ſequitur litera, nouam cum ſuá motione vocali neceſſario incipiat ſyllabam. vt, יָשָׁר rectus, שֵׁכָר ſicera, פְּקִידִים præfecti, קוֹדֶשׁ ſanctitas. פְּקוּדִים viſitati.

In quibus dictionibus tamen motio longa præcedens prædita est accentu aliquo, inscribi potest dages literæ sequenti. vt, יָמָּה in mari שָׁמָּה illic: vbi vides post ָ poni dages in מ, sed accentu præcedente, qui retineat remoretúrque primam illam longam syllabam: ita tamen vt non omnino separata videatur à sequente, sed suspensione & protractione quadam vocis ab ea ita distincta, vt non commixta cum illa, sed liberata audiatur à daghes sequentis syllabæ, ne eius sonus abrumpatur, sed liber sit exitus ipsius vocis, vt ex illius extensione expressè magis auribus percipiatur illa.

Raró porrò contingit, vt post motionem longam non suffultam accentu, sequatur daghes יוּשַּׁד vastabitur Hoseæ 10. בָּתִּים ædes Ieremiæ 29. quod valde est anorme.

E contrario verò motiones breues ipsas sequitur dages. vt, זַכָּה pura, חַגּוֹ solennitas illius: vel seua quiescens. vt, מִצְרַיִם Aegyptus, שִׁמְרוּ custodite: illa quidem duo, puta dages & seua quiescens, præceps, abruptum fractúmve quiddam ad aures ipsas perferunt.

Si tamen locum habeat accentus iuxta motionē breuem, litera sequens raró habebit daghes, vt, בַּיִת domus, בֶּגֶד vestis & similia: motio siue syllaba breuis nanque accentu suffulta, siue producta, accedit ad naturam syllabæ longæ & pro longa est habenda, accentus enim vtcunque illam producit, vt passim testātur doctiores Hebræi, inter quos est Elias Iudæus in scholijs suis in Miclol, Scholio tertio in affixa cū præterito & aliàs. Quod autem aliquando sequatur

daghes, quāuis motio parua ſit accentu prædita exēplum habes תְּשְׁמְטֶנָּה dimittes eam, Exod. 23.* & alia. Degenerant tamen pauca admodùm participia præteriti temporis, vſu magis obſeruanda, quàm grammaticorum præceptis, in quibus poſt motionem breuem, quanuis ipſa non habeat iuxta ſe accentum, ſequitur raphe, ideſt, littera ſine puncto daghes: raphe enim lenitatem immunem omnino à puncti daghes, aſperitate ſignificat. vt, פְּקֻדִים numerati, Exod. 30.

De ע, & ח.

Hæ duæ literæ, in principio vel medio dictionis, cùm ſint veræ conſonantes, feriunt ſubſcriptam, vel ſequentem motionem vocalem: in fine verò poſt vltimas quatuor motiones magnas, habent pathah, poſt cuius vocem proferri debent: quare iuſtæ tunc cùm non ſint conſonantes, legitimam non faciunt ſyllabam. Habent etiam ſemper accentum, proximè ante ־. Et (quia huiuſmodi dictiones etiam alijs vna ſyllaba videntur longiores) pathah illud dicitur פַּתַח גְּנוּבָה, id eſt, pathah ſuffuratum ſeu vſurpatum, quòd præter conſuetudinem aliarum, huiuſmodi dictiones habeant pathah ſub vltima thematis litera.

Obiter porrò obſeruandum eſt poëtas in carminibus & rhythmis ſuis huiuſmodi ־ tanquam conſtituens ſyllabam conſiderare & numerare, ex illorum ſententia, vt credo, qui א literam in huiuſmodi imaginandam eſſe volunt, vt poſt exempla ſequentia ſtatim dicemus. Exēpla nō legitimæ ſyllabæ ſupradictæ.

Post hirec { צִיחַ planta. } magnũ. vt { תִּכְרִיעַ ꝓsternes } pòst - vt { הַפְתֵּחַ adaperire. } { יוֹדֵעַ cognoscẽs. }

Post ו. vt, { רוּחַ spiritus. } { יְדוּעַ cognitus. } post holẽ.vt, { מְשׁוֹחַ vngere. } { שְׁמוֹעַ audire. }

Post ⋅. etiam nonnunquam. vt, יְהוֹשֻׁעַ Iosue, Aggei. 1. Legitur etiam בֹּטֵחַ fiduciam habens(fretus,) Psal. 112.

Videtur etiam quandoque similis illegitima syllaba fieri & videri ‾ vsurpatum in ה Mappic, id est, in ה in gremio habente punctum pro signo pronũtiationis & consonantiæ suæ, post istas tres motiones magnas: post ·· מִתְלַהְלֵהַּ seipsum fatigans Prouerb. 26. Post Iric magnum יַגִּיהַּ splendere faciet. Esa 13. Post Olem גָּבֹהַּ excelsus Ecclesiast. 5. Post Surec nundũ animaduerti huiusmodi syllabam. Huiusmodi quoque illegitima syllaba obseruanda est in dictione יְרוּשָׁלַםִ. Non desunt porrò ex Hebræis qui א imaginandum esse existiment in huiusmodi dictionibus, inter duas vltimas literas, & hoc ‾ vsurpatum ad ipsum א imaginandum pertinere hoc modo, שִׂיאַח, יוֹדֵאַע הַפְתֵּאַח רוּאַח שְׁמוֹאַע, מְשׁוֹאַח, תַּכְרִיאַע יַגִּיאַהּ, בֹּטֵאַח, יְהוֹשֻׁאַע, יְדוּאַע גָּבֹאַהּ, מִתְלַהְלֵאַהּ In יְרוּשָׁלַםִ quoque Iric literæ ם ad ipsum א imaginandum pertinebit hoc, modo יְרוּשָׁלַאִם. Ceterùm cùm, vt iam dictũ est, omnis vltima litera quatuor literis אהוי exceptis virtute contineat seua, sunt qui credant vocalitatis gratia tale ‾ pro seua positum esse sub ע & ח in hunc modum מְשׁוֹחַ pro מְשׁוֹחְ & שְׁמוֹעַ pro שְׁמוֹעְ & sic de huiusmodi alijs. Verũ tamen vtcunque res habeat, apud poëtas & rhythmicos hoc ‾ syllabam constituit.

De nomine.

Sunt apud Hebræos tantùm tres orationis partes, שֵׁם, id est, nomen, פֹּעַל, id est, verbũ, & מִלַּת הַטַּעַם, id est, dictio gustus siue מִלַּת הָעִנְיָן dictio consignificatiua: per quam intelligunt articulum , pronomen & cæteras partes orationis indeclinabiles, quæ profectò neque nomen alicuius rei sunt, neque verbum, sed ad ornatum & instructionem orationis nominibus & verbis ancillantur. In verbo namque vis est sermonis, in nomine verò materia, id est, verbum est quod loquimur, nomen autem de quo loquimur. Itaque de nomine, quòd sit materia ipsius sermonis, priusquã de verbo, tractate visum est. Sed quia parũ negotij est in declinandis nominibus, cùm quòd accidentibus, nempe qualitate, figura, & specie, cum Latinis omnino conueniant (quæ breuitati studentes omisimus) tum quòd genera, numeri, casus, declinatio & gradus comparationis breuiter tractari possint. De his & alijs orationis partibus, videlicet quatenus Hebræi in suo idiomate à cæteris differunt, ne chartas miseras scriptis inutilibus onerare videamur, quã breuissimè fieri poterit, dicemus & primùm.

De genere.

Hebræorum idioma siue proprietas, generibus duobus, quæ in natura visuntur, contenta, masc. & fœm. neutrum genus nescit.

Fœminina verò ea sunt nomina & participia, quæ terminantur in ה præcedente ָ & accentu in vltima. vt, צְדָקָה iustitia מַלְכָּה regina פּוֹקְדָה visitans fœm. vel in ת præcedente ֶ. Quæ omnia semper accentũ ha-

 bent

bent in penultima. vt, תִּפְאֶרֶת pulchritudo, עֲטֶרֶת diadema. פּוֹקֶדֶת visitans fœm. Et carent semper numero plurali regulariter siue legitimè formato, nisi ת fuerit litera etiam natiua siue radicalis non solùm generis fœminini index, tunc enim pluralem numerum habent & pauca admodum numero sunt huiusmodi. vt, à קֶשֶׁת arcus, fit regulariter in plurali, קְשָׁתוֹת arcus, Esa. 13. Reliqua omnia nomina & participia cuiuscunque fuerint terminationis, generis erūt masculini: nisi quòd aliquando (quemadmodum apud Latinos) quædam sunt Heteroclita siue enormia, quorum genus facilè inter legendnm vel ex adiuncto verbo, vel participio, vel ex pronomine vel ex adiectiuo, non autem exterminatione cognoscitur. vt, אֶבֶן יְקָרָה lapis preciosus, 2. Samuel. 12. vbi est adiectiuum fœmininum cum substantiuo terminatione masculino. וְאֵשׁ יָצְאָה Et ignis egressus est. Num. 16. vbi est verbum fœminæum cum nominatiuo masculino terminatione. Et alia inter quæ recensenda sunt nomina, que natura in animalis corpore gemina sunt, quæ quanuis signa prædicta fœminini generis nō habeant, ex orationis contextus filo & constructione plurimùm generis fœminini deprehenduntur & percipiuntur. vt, וְאֹזֶן חֲכָמִים תְּבַקֶּשׁ־דָּעַת & auris sapientum quæret sciētiam (studet cognitioni,) Prouerb. 18. תִּמְחַץ רַגְלְךָ בְּדָם intingat se pes tuus in sanguine, vel rubeat, Psal. 68. בִּזְרֹעַ גְּדוֹלָה in brachio magno, id est, potentia magna, Ezech. 17. כָּבְדָה מְאֹד יַד הָאֱלֹהִים שָׁם aggrauata erat (inualuerat) nimis manus (afflictio) Domini illic, 1. Sam. 5. vbi vides, in his exemplis di-

ctiones res in animalis corpore geminas ſignificãtes, non ex ſigno generis fœminini, ſed ex adiuncto verbo fœminino, vel adiectiuo, eſſe generis fœminini. Eadem de alijs eſt ratio.

Item, omnia nomina regionum, & vrbium, cuiuſcunque ſint terminationis, generis ſunt fœminini. vt, מוֹאָב הֱוִי־סֵתֶר לָמוֹ Moab ſis latibulũ illis, Eſa. 16. vbi מוֹאָב eſt nominatiuus nomẽ regionis, cũ imperatiuo fœminæo, ab הָוָה ſiue הָיָה fuit. יְרוּשָׁלַםִ הִיא יְבוּס Ieruſalem ipſa (eſt) Iebus, 1. Paralip. 11. vbi eſt nomen vrbis cum relatiuo fœminino. Sic de alijs idem eſto iudicium.

Quædam etiam ſunt nomina, quæ vna voce ſexum vtrunque ſignificant & ſunt eorum nõnulla promiſcui, ſiue incerti & confuſi generis, in quibus viſu ſexus non diſcernitur. vt, אַרְנֶבֶת lepus, Leuit. 11. Nõnulla verò communis generis reperiuntur, & in illis viſu diſcernimus ſexum. vt, חֲזִיר ſus, Prouerb. 11. & nonnulla alia.

Notandum inſuper, plurimùm genus fœmininum à maſculino formari adhibito ה, præcedente ָ & accentu. vt, à גָּדוֹל magnus, fit גְּדוֹלָה magna, à טוֹב bonus, fit טוֹבָה bona. & ſimilia.

Obſeruandum porrò eſt Hebræos in contemptũ & dedecus malorum hominum crebrò fœminino genere pro maſculino vti tam in nominibus quàm verbis, participijs & pronominibus, vt liquet ex Amoſi 4. cap. verſu 1. ex Ieremiæ 3. à verſu 5. & deinceps: ad laudem verò & gloriam ſtrenuarum mulierum, quæ fecerunt aliquid laude dignũ crebrò vſurpare

pare masculinum genus pro fœminino, vt videtur de Aegiptiacis obstetricibus Exod. 1. versu penultimo, Ruthæ primo versu 7. & 8. & alias sæpissimè à bene consideranti linguæ Hebraïcæ conuenientiam & cõstructionem.

De numero.

Numerus in nomine triplex, singularis. vt, אֶלֶף mille, מֵאָה centum. Dualis. vt, אַלְפַּיִם, duo milia, מָאתַיִם, ducēda. Pluralis. vt, אֲלָפִים plura milia quàm duo, מֵאוֹת pluries centum.

Notabis interim, pauca quædam heteroclita per defectum singularis & pluralis numeri, per dualem duntaxat numerũ declinari. vt, שָׁמַיִם cæli, מַיִם aquæ, צָהֳרַיִם meridies, רֵחַיִם duæ molæ pristini, inferior & superior, אָבְנַיִם tabula, vel lapis super quem fingit figulus vasa sua, qui plurimùm in modum duarum molarum est. & alia. Sic per dualem inflectuntur numerum nomina significantia res natura geminas. vt, יָדַיִם duæ manus, in cuiusmodi formatur semper numerus iste dualis à singulari, addendo ַיִם syllabam, pathah & accētu expressis sub litera mox præcedēti. vt, à יָד manus, singulari: formatur duale יָדַיִם duæ manus, à רֶגֶל pes, רַגְלַיִם duo pedes, ab אֹזֶן auris, אָזְנַיִם duæ aures, à עַיִן oculus, עֵינַיִם duo oculi. ab אַף naris, אַפַּיִם duæ nares, à שָׂפָה labium, שְׂפָתַיִם duo labia. à כָּנָף ala, כְּנָפַיִם duæ alæ, & alia. Quando porrò pluraliter per dualem numerum loqui volunt, dualibus nominibus, adhibere solent numeralia nomina hoc mado. אַרְבַּע רַגְלַיִם Quatuor pedes Leuit. 11. (Est tamen cõtra rationem grammatices ָ pro ַ sub ל pro-

pter accentum diſtinguentem ^) אַרְבַּע כְּנָפַיִם Quatuor alæ Ezechiel.1. שִׁבְעָה עֵינָיִם ſeptem oculi Zachariæ 3. Vbi etiã, vt ſuprà propter accentum ^, eſt ָ pro ַ ſub נ. Regulariter namque dicitur רַגְלַיִם & עֵינַיִם cum ַ in penultima. Pluralis numerus maſc. nominis & participij magna ex parte formatur ſub iungendo literam ם, vltimæ literæ ſingularis, quæ tunc affici debet hiric magno. vt, à צַדִּיק iuſtus, formatur plurale צַדִּיקִים iuſti, à מֶלֶךְ, rex, fit מְלָכִים reges. Exipiuntur pauca, quædam, quibus non adeſt Iod comes Iric magni. vt, תַּנִּינִם Ceti Geneſ. 1. pro תַּנִּינִים, ſic etiã dicitur נְשִׂאִם principes Geneſ. 17. pro נְשִׂיאִים. Quædam etiam ſunt, quæ י comitem Iric magni perdunt impreſſo dages alteri י in ſupplemẽtũ illius, ne duplex י concurrat vt לְוִיִּם leuitæ, pro לְוִיִּים, etiã daghes nullo impreſſo, vt גוֹיִם gentes pro גוֹיִים. Sunt nõnulla etiã quæ non adhibito ם, ſed ן, inſignitáque vltima litera ſingularis hiric magno, formant plural. numer. maſcul. vt à רָץ curſor, formatur רָצִים & רָצִין curſores, 4. Reg. 11. ab עִי acceruus fit עִיִּם, Pſal. 79. & עִיִּין accerui, Mich. 3. & alia in Miclol à Dauide Kimio numerantur: In quibus omnibus, accentus ſemper eſt in vltima.

Iſta porrò maſcul. plural. terminatio in ן præcedente hiric magno Hebr. & Caldæis communis eſt: Caldæis tamen eſt magis familiaris.

Reperiuntur denique pauca quædam dualia, etiam pluralia maſculina quæ non deſinunt in ם aut ן præcedente Iod mobili, vt communiter fit in dualibus aut Iric magno, vt ex frequentiori vſu fit in plu-

pluralibus maſculinis,ſed deſinunt in Iod coaleſcens poſt patha. וַחֲשׂוּפַי שֵׁת Certè detectos (in) nate (abiget), id eſt, detectis natibus. Eſaiæ 20. pro חֲשׂוּפִים וְשָׂרַי בְּיִשָּׂשכָר Et principes ex Iiſacharis (tribu) Iudicum 5. pro שָׂרִים. ſic in duali אַצִּילֵי יָדַי Axillæ manuum, id eſt, brachiorum: eſt enim pars pro toto per Sinedochen Ezechiel. 13. pro יָדִים. Cæterùm quæ ־ habent non ־ ante huiuſmodi י coaleſcens, ſunt in accentu diſtinguente, qui plerũque, vt ſuo loco dicetur, conuertit ſyllabam breuem in longam. vt, חַלּוֹנָי feneſtrę Ieremiæ 22. pro חַלּוֹנִים, & pauca alia. Quædam porrò quæ in Iod præcedente Hiric ſine ם ſequẽte, deſinunt, ſunt vel ſingularia pro pluralibus, vel habent illud Iod pronomen, pauciſſimis exceptis quæ re vera pluralia ſunt, inter quos eſt bis כָּרִי .i. duces 4. Reg. 11. pro כָּרִים, de quo in lib. Radicum, in Miclol & Theſauro Sanctis in radice כַּר.

Fœmininorum nominum & participiorum, itidem pluralis numerus, à ſingulari fit mutando ָה id eſt ה & ־ in וֹת. vt, à טוֹבָה bona, fit plurale טוֹבוֹת bonæ à גְּדוֹלָה magna, גְּדוֹלוֹת magnæ: quæ accentum etiã in vltima ſemper habent.

Notandum etiam adhuc, pauca quædã anomala ſiue Heteroclita à ſuperioribus excipi regulis, quæ cũ in ſingulari ſint generis maſculini, in numero plurali fœmininorum terminationem ſortiuntur. vt, אָב pater. In plurali fœmininam habet terminationem אָבוֹת patres, frequens in biblijs. לַיִל nox, לֵילוֹת noctes, Ionæ. 2. & ſimilia E' diuerſo, quædam fœminina ſunt in ſingulari, quæ tamen in plurali maſculini generis

 ſunt.

ſunt. vt, נְמָלָה formica, נְמָלִים formicæ, Prouerb. 30. יונה columba יוֹנִים columbæ, Cantic. 1.

Item, alia fœminina ex contextu ſcripturæ, ſiue ex filo orationis & conſtructione non ex terminatione deprehenſa, cùm in ſingulari terminationem habeant maſcul. in plurali fœmin. ſortiuntur. vt, חֶרֶב gladius. In plurali חֲרָבוֹת gladij, Eſa. 21.

Quædam præterea Heteroclita per ſuperabundãtiam generis & numeri in plurali terminationem maſculinam & fœmin. habent. vt, דּוֹר ætas. In plurali דּוֹרִים & דוֹרוֹת ætates, Eſa. 21. שָׁנָה annus. In plurali שָׁנִים anni, Leuit. 25. & שְׁנוֹת חַיִּים anni vitæ, Prou. 4.

Alia ſunt etiam quæ carentia ſingulari in plurali maſcul. ſunt. vt, חַיִּים vita, quod nomen dualem magis habet terminationẽ, quia duplici vita viuimus, Pſal. 21. בְּתוּלִים virginitas, נְעוּרִים adoleſcentia, Eſa. 54. זְקוּנִים ſenectus, Gen. 37. Huiuſmodi carentium ſingulari numero, quædam maſculinam & fœmin. habent terminationem & ſignificant pluraliter. vt, אֻמִּים populi, Pſal. 117. & אֻמּוֹת familiæ, Num. 25. aut fœm. tantùm. vt. תּוֹלְדוֹת propagines, ſiue generationes. Geneſ. 2. & plura alia, quibus omnibus à grãmatico, vt habeant vnde formentur & deducantur, ſingularis analogia ſiue proportio fingenda eſt, puta in iſtis: חַי, נְעוּר, בְּתוּל, זָקֻן, אֹם, אֻמָּה, quæ in vſu in ſacratis libris nuſquam reperiuntur, ſed docendi gratia ex grammatica proportione proponuntur. & alia, quæ vſus & lexicon facile ſuppeditabunt.

Regula.

Omnia nomina propria. vt, אַבְרָהָם Abraham, מִרְיָם Maria,

Maria,carent numero plurali: quibus adiungēda sunt nomina specierū metallorum. vt, זָהָב aurum, כֶּסֶף argentum, נְחֹשֶׁת æs, בַּרְזֶל ferrum, בְּדִיל stannum, עוֹפֶרֶת plumbum. Quæ omnia nomina vno continentur versu, Num. 21. Inuenitur tamen כֶּסֶף in plurali numero compositum cum inseparato pronomine bis, Genes. 42. Similiter בְּדִיל semel, Esa. 1. Huius classis carentium plurali numero insuper sunt pauca quædā alia nomina, quæ in numero singulari tantùm reperiuntur. vt, שֶׁמֶשׁ sol, יָרֵחַ luna. Quanuis tamen pro mēsibus dicatur in plurali יְרָחִים menses, Exod. 2. לֶחֶם panis, יַיִן vinum. & quædam alia.

Notandum etiam obiter, nomina specierum animalium crebro collectiuè capi, hoc est, in singulari multitudinē significare. vt, אָדָם homo, & nonnūquam homines, צֹאן ouis, & grex ouiū. & similia alia.

Ad hæc obseruare debet diligens grammaticus quandoque nomen proprium pro pronomine sumi. vt. נְשֵׁי לֶמֶךְ הַאְזֵנָּה אִמְרָתִי Vxores Lemechi auscultate sermonem meum, id est, vxores meæ auscultate sermonem meum, Gen. 4. Vbi etiam est tertia persona pro prima: frequens enim Hebræis est personarum inuicem sustitutio.

Appendix.

Omne nomen proprium semper expers est quatuor sequentium rerū, regiminis, siue syntaxos, pluralis numeri, affixi, siue pronom. corrupti, & הֵא הַיְדִיעַ, id est, ה connotatiui. Dequo latius sub finem huius operis dicetur, quando de natura literarum משֶׁה וְכָלֵב agemus.

Per regimen, intellige nomen proprium nunquam genitiuum casum regere. Dici quidē post, מֶלֶךְ מִצְרַיִם rex Aegypti, non tamen פַּרְעֹה מִצְרַיִם Parao Aegypti, sed cum nomine gentili dices, פַּרְעֹה מִצְרִי Parao Aegyptius, מֹשֶׁה יְהוּדִי Moses Iudæus, & non יְהוּדָה Iudææ. sic de alijs.

Plurali numero, vt iam dictum est, carent nomina propria: siquidē, non dicendum est אַבְרָהָמִים, יִצְחָקִים, sed אַבְרָהָם, יִצְחָק.

Per affixum etiam intellige, nomen proprium nūquam componi cum pronomine inseparato, siue corrupto (quod affixum appellare solent) indecens enim esset heb. dicere מֹשֶׁךָ Moses tuus, דָּוִדְךָ Dauid tuus. Similiter cum alijs affixis, siue corruptis pronominibus, quæ suo loco enumerabimus, vsum illorum docentes.

Sic ה notatum per pathah sequente daghes, quod הֵא הַיְדִיעָה, id est, ה connonatiuum, siue ה discretionis aut distinctæ cognitionis (quod sæpe Emphasim habet) vocatur, nomini proprio hominis non præponitur, quia proprium hominis nomen est per se satis notum & manifestum, vt dicere liceat, הַמֹּשֶׁה, הַיְהוֹחָנָן, sed sine ה præcedente, sine daghes in prima litera, dices, מֹשֶׁה Moses. יְהוֹחָנָן Iohannes. & similia. Deut. 3. porrò legitur שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה vt etiam sæpe in libro Iosue, quanuis sit nomen hominis proprium, sed accōmodatum est illud familiæ tanquam nomen gentile, & perinde est ac si adiectiuè diceretur, ait Kimius in Miclol. שֵׁבֶט הַמְנַשִּׁי tribus Menassæa: nam proprijs familiarum nominibus ה Haiediah preponi potest, sicut

cut & nominibus proprijs locorum, vt paſſim videtur ex ſacratorum librorum lectione. Cætera huius ה munera & officia exactè explicata videbis in tractatu de ſeptē ſeruiliū literarū functione, quę ſunt מ ש ה ו כ ל ב, fine huius operis.

De Caſu & declinatione.

Nomina apud Hebræos duntaxat variantur è maſculino genere in fœmininum : quod adiectiuorum proprium eſt. vt שַׂר princeps, שָׂרָה princeps fœmina: טוֹב bonus, טוֹבָה bona. Vel ex ſingulari in pluralem, vel dualem numerum: vt à טוֹב fit plural. טוֹבִים, à טוֹבָה fit plurale טוֹבוֹת, à שַׂר fit plurale שָׂרִים, à שָׂרָה fit plurale שָׂרוֹת, à יָד fit in duali יָדַיִם, à רֶגֶל רַגְלַיִם, & ſic de alijs.

Caſus tamen (cùm in quouis numero nomina ſint aptota, ſiue indeclinabilia & à prima ſui poſitione non varientur & cadant,) non ex flexibus, ſiue ex terminatione, hoc eſt, ex immutatione nouiſſimæ ſyllabæ cognoſcuntur, vt fit apud Græcos & Latinos, ſed præpoſitis articulis, ſiue voculis, quibus docetur quomodo vtendum ſit nominibus, cùm illa ſint ſimiliter cadentia, aut præpoſitione, vniformiter per omnes caſus currendo & ſimiliter cadendo, dicunt, סֵפֶר liber הַסֵּפֶר libri לְסֵפֶר libro אֶת סֵפֶר librum מִסֵּפֶר à libro. Vel ex orationis contextu. vt, סֵפֶר כֵּיפָא liber Petri. De his articulis poſtea latiùs ſuo loco.

Annotatio.

Nullum habent Hebræi nomen comparatiui, aut ſuperlatiui gradus, ſed eum circumloquuntur per particulas יוֹתֵר, id eſt, magis מִן, id eſt, quàm &

מאר

מְאֹד, id eſt, valde. vt, חָזָק fortis, יוֹתֵר חָזָק magis fortis (fortior,) מְאֹד חָזָק valde fortis (fortiſſimus.) Quũ tamen adhibent particulam מִן comparatiuo, plurimùm nõ exprimitur altera, videlicet יוֹתֵר magis, quæ tamen ſupplenda & imaginanda eſt. vt, טוֹב לַחֲסוֹת בַּיהוָֹה *מִבְּטֹחַ בָּאָדָם Bonum (eſt) confidere in Domino (magis) quã ſperare in homine, Pſal. 118. ſecundũ Latinos. 117. Vbi ſupplendum venit, magis.

Daghes in ſecũdo בּ poſitum eſt in ſupplementum, integræ particulæ מִן, nam daghes à grãmaticis helluo & vorax literarum dicitur, quòd ſæpenumero illarum vices ſuppleat.

In ſuperlatione porrò aliquando congeminant particulam מְאֹד, poteſtque dici, vt vulgi grammaticorum vocabulo vtar, talis locutio ſupremelatio. vt, וְאַרְבֶּה אֹתְךָ בִּמְאֹד מְאֹד Et multiplicabo te in valde valde Geneſ. 17. pro, valde admodum. Sic etiam עֲוֹן בֵּית־יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה גָּדוֹל בִּמְאֹד מְאֹד Iniquitas domus Iſraëlis & Iudæ magna eſt in valde valde Ezechiel. 9. pro, valde admodum, ſiue omnibus modis eſt, vel, ſupra modum eſt magna.

Claſſes nominum tam perfectorum quàm imperfectorum & reliqua quæ de illis dicenda videbuntur, poſt verborum imperfectorum formas & ordines Deo duce, facilè docebimus. Priùs tamen quàm ad verba nos accingamus, quid ſit thema, ſeu radix, literas radicales, ſiue natiuas à ſeruilibus, ſiue aduentitijs ſecernentes doceamus.

Radix ſeu thema quid.

Apud Hebræos שֹׁרֶשׁ, id eſt, radix (quam Græci θέμα) eſt primaria & primigenia illa dictio, à qua tanquam à principio formandi, adiectis, aut detractis literis, vel ſyllabis, vel mutatis motionibus, manant perſonæ, numeri, genera, tempora, participia, no-

mina

mina & cætera id genus diſcrimina : quibus dictionem, à dictione diſcernimus. Illa duntaxat prima ſui poſitione, ideſt, natura, tribus conſtat literis natiuis, ſiue radicalibus, quæ ſemper expreſſæ & conſonantes ſunt in dictionibus perfectis. Quòd ſi detracta aut obmuteſcens fuerit trium illarum literarum aliqua, radix, ſeu dictio, tunc erit imperfecta : cuius cognoſcendæ ſuo loco, poſt verba perfecta regulas docebo & erit facilis ratio. Quæ autem themata pluribus quàm tribus conſtant natiuis literis, pauca ſunt pura Hebraïca. Sunt enim illa potiùs exotica & peregrina. De quibus ſuo loco.

Nunc verò tibi radicem, ſeu thema vnum dabo & proponam, à quo, adhibitis literis quibuſdam ſeruilibus ſiue aduentitijs, vel ſyllabis, emanare & deduci plures videbis voces. vt, à מָלַךְ regnauit, quod thema perfectum eſt, tribus conſtans natiuis literis expreſſis & cõſoãntibus, fit, מָלַכְתָּ regnaſti, vbi, תָּ ſyllaba eſt formatiua, ſiue index ſecundæ perſonæ maſculinæ præteriti, in מָלַכְתִּי regnaui, תִּי, nota eſt primæ perſonæ præteriti cõmunis generis, in מָלְכוּ regnauerũt, ו indicat tertiã perſonã cõmunis generis pluralis numeri, in אֶמְלוֹךְ regnabo, א ſuperueniẽs litera denotat primam perſonam futuri temporis, communis generis, numeri ſingularis, in יִמְלוֹךְ regnabit, י aſcititiũ tertiæ perſonæ futuri temporis, maſculini generis, numeri ſingularis, eſt character & indicium. Motionibus vocalibus etiam mutatis, ab eadem radice formatur nomen מֶלֶךְ rex & plurale, מְלָכִים reges vbi, ים, literæ ſunt indices pluralis numeri maſculini. Et adhibi-

hibito ה nota generis fœminini, dicitur מַלְכָּה regina. Deinde aduenientibus seruilibus, siue ascititijs literis alijs, ab eadem radice, siue dictione formatur & originem trahit מַמְלָכָה & מַלְכוּת regnum. & alia: ex quibus omnibus, pro inueniendo themate nudo suis tribus natiuis literis duntaxat constante, detrahendæ sunt omnes illæ addititię literæ & postea consulendū lexicon, quod radicis tibi significationem suppeditabit. Dignum insuper notatu est (vt faciliùs thematis cognitionem assequaris) Hebræorum literas, in vndecim יְסוֹדִיּוֹת, id est, radicales, seu natiuas (& vt ita dicam) fundamentales diuidi. Illæ sunt, גַּר זַחַט סַעְפְּ צַקְר, quæ semper sunt de corpore dictionis, nō autem per aliquod accidens in illa positæ: quare in functione illarū cognoscēda, nihil negotij est. Et in vndecim שִׁמּוּשִׁיּוֹת .i. seruiles, seu ministeriales, משֶׁה כָּתַב אֵלָיו vel נִכְתַּב שְׁמוֹ אֵלָיָה (quæ tamen nonnunquam sunt de corpore dictionis, siue natiuæ literæ) ex quibus quatuor אֱלֶבַט ascitæ, tantùm seruiunt præpositæ primæ thematis literæ. Quatuor verò, כְּנָהָם, seruiunt modò præpositæ, modò postpositæ themati & tres, יוה, in principio, medio & fine ancillantur. Quarum omnium functiones & munera, posthac vel sparsim in hoc opere, vel tractatu speciali in fine huius libelli copiosè satis ostendemus.

De verbo.

Verbo accidunt, modus, tempus, genus, numerus, persona, figura, species & coniugatio.

De modis.

Modi, siue inclinationes verborum varios animi affe-

affectus demonstrãtes, sunt quinque, indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, subiunctiuus & infinitiuus. Quandoquidem præteritum, quod vnicum, siue vniforme habent, similiter & futurum, cùm occurrunt in biblijs, vertenda sunt pro commoditate & exigẽtia sensus ex filo orationis, per indicatiuum, vel optatiuum, vel subiunctiuum. vt, פָּקַד significare potest pro reï exigẽtia & pro ratione sententiæ, visitauit, vel visitabar, vel visitaret, vel visitauerat, vel visitauerit, vel visitauisset. Itidem futurum. vt, אֶפְקֹד visitabo, vel visitem, vel visitauero. Sic de alijs vtriusque personis. Infinitiuum autem & imperatiuum, vt ex motu verbi videbitur, separatim & per se habent.

De tempore.

Tempora verborum sunt quatuor, præteritum (quòd pro commoditate sententiæ vertendum est, modò per perfectum, modò per imperfectum & modò per plusquàm perfectum, indicatiui, vel optatiui, vel subiunctiui modi) Benóni, Paul, & Futurum.

Præterito tempore etiam frequenter, Prophetæ præsertim, securi admodum de veritate suarum prædictionum, quòd spiritu dei afflati essent, non temerè, pro futuro vti solent. Nam præteriti temporis verbo nuntiare aliquid euenturum, maiorem reï certitudinem significat & ostendit. Non enim rara est Heterosis figura apud illos, qua partes orationis, numeri, personæ, modi, tempora, genera & casus inter se commutantur.

Obiter etiam notandum, apud Hebræos nullum

esse verbum præsentis temporis pro indicatiuo, vel optatiuo, vel subiunctiuo, sed eos nonnunquam pro eo vti præterito. vt, וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ & ortus est, id est, oritur sol, Ecclesiastæ. 1. & frequenter alia: Vel futuro, (præsertim in rebus solitis, siue quæ vsu veniunt.) vt, מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם בְּכָל־עֲמָלוֹ שֶׁיַּעֲמֹל Quid residui (est) homini, ex omni labore suo, quo laborabit, id est, laborare solet, Ecclesiastæ. 1. & similia multa. Vel plurimùm illud circumloqui per Benóni. i. intermedium. Sic enim appellare solent præsens tēpus, quòd sit constitutum inter præteritum & futurum. Non autem quod verbum sit, sed participium. Illud Latini præsens appellant. דּוֹר הֹלֵךְ וְדוֹר בָּא Aetas præteriens (est) & ætas adueniens (est) Ecclesiast. i. Imperatiuus autem modus præsentis temporis esse potest.

Sic participium præteritum habent Hebræi, quod פָּעוּל appellant, quo significatur aliquid præterito tempore factum, quod tamen adhuc permaneat & subsistat. vt, הַבַּיִת בָּנוּי, id est, domus ædificata, quæ tamen adhuc stat, vel (si de re materiata non sit sermo) cuius adhuc recens sit memoria. vt, פָּקוּד, id est, visitatus, recenti visitatione videlicet. Si enim loqui velles de domo iam solo æquata, vel de visitatione iam obliuioni tradita, vtendum esset non hoc participio, sed ipso præterito verbi passiui. sic, הַבַּיִת נִבְנָה domus quæ quondam fuit, sed iam diruta est, נִפְקַד visitatus fuit, visitatione quadā iam obliterata & obliuione sepulta.

Illud etiam obiter notandum, Benóni & Paul omnibus personis esse communia pro ratione dictionis

quæ illis adiicitur: vt ſi adiiciatur pronomen tertiæ perſonæ, erit & benóni tertiæ. vt, הוּא פוֹקֵד ille viſitans (eſt) id eſt, viſitat. Si ſecundæ, erit ſecundæ perſonæ. vt, אַתָּה פוֹקֵד tu viſitans (es,) ideſt, viſitas. Si pronomini primæ perſonæ, erit primæ. vt, אֲנִי פוֹקֵד ego viſitans (ſum,) id eſt, viſito, vel ſine pronomine. vt, אִישׁ פוֹקֵד: vir viſitans (eſt,) id eſt, vir viſitat. Similiter Paul. vt, הוּא פָּקוּד, ille viſitatus אַתָּה פָּקוּד, tu viſitatus, אֲנִי פָּקוּד ego viſitatus. & ſine pronomine, אִישׁ פָּקוּד vir viſitatus. Sic in fœmin. genere. vt, הִיא פְּקוּדָה illa viſitata אַתְּ פְּקוּדָה, tu viſitata, אֲנִי פְּקוּדָה, ego viſitata. & cum nomine, אִשָּׁה פְּקוּדָה, mulier viſitata. &c.

De genere.

Genus duplex apud Hebræos obtinent verba, nẽpe verbale, & nominum. Non enim omnium generum ſunt verba Hebræa, vt Græca & Latina: ſed ſunt maſcul. generis, vt, פָּקַד viſitauit vir. Vel fœminini. vt, פָּקְדָה viſitauit mulier. Abſurdum enim eſt & contra Hebraicæ linguæ conuenientiam, verbo maſculino dare nominatiuum fœmininum & fœminino verbo nominatiuum maſculinum, quoniam nominatiuus & verbum eodem modo in genere conuenire debent, quo adiectiuum & ſubſtanriuum apud Latinos. Quædam verborum perſonæ etiam ſunt vtrique generi communia. vt, פָּקַדְתִּי viſitaui ego vir, vel ego mulier, vt ex verborum motu liquebit, recipiunt enim huiuſmodi perſonæ vtrique generi communes à fronte nominatiuum modò maſcul. modo fœmininum pro ratione ſententiæ.

De Numero.

Numeri verborum ſunt duo, ſingularis. vt, פָּקַד viſitauit, & pluralis. vt, פָּקְדוּ viſitauerunt.

De Perſona.

Perſonæ verborum ſunt tres, quas הַמְדַבְּרִים, id eſt, loquutores doctiores appellant, ſunt enim illæ, per quas vniuerſus adminiſtratur ſermo: נִסְתָּר Abſcondita, ſiue abſens, de qua quis loquitur, hoc eſt tertia. vt, פָּקַד viſitauit: נִמְצָא inuenta, ſiue præſens, cum qua ſermo habetur, hoc eſt, ſecunda. vt, פָּקַדְתָּ viſitaſti: & מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ, id eſt, loquens de ſe ipſa, ſiue quæ loquitur, hoc eſt prima. vt, פָּקַדְתִּי viſitaui. Qua tamen ratione ducti ita ſuas perſonas collocent, non ſatis ſcio, niſi fortè honoris & modeſtiæ gratia, vt Galli ſolent. Dicunt enim illi, *luy, vous & moy*. Quia immodeſtè diceretur, *moy, vous & luy*. Vel magis appoſitè dicendum, ſic perſonas verborum eos collocare, quòd thema nudum & in ſua poſitione, in tertia perſona ſingu. maſcul. preteriti, à qua cæteræ deducuntur & originem ducunt tanquam à principio formandi, potiſſimùm appareat.

De figura.

Figuræ verborum ſunt duæ, ſimplex. vt, פָּקַד viſitauit. & compoſita. vt, פְּקָדוֹ viſitauit illum.

De Specie.

Species verborum ſunt duæ, primitiua ſine natiua, cuius origo non reperitur. vt פָּקַד, & deriuatiua, ſiue reperta, cuius origo reperitur. vt אָזַן auſcultauit, ſiue aures præbuit, ab אֹזֶן auris.

De coniugatione.

Coniugationes Hebræorum sunt septem, quas בִּנְיָנִים structuras, siue ædificia vocant, sumpta videlicet metaphora à tristegis, quibus alludunt ad tempus præteritum, præsens, quod Benóni solent appellare, & futurum, existentibus vocibus verborum pro lapidibus, siue pro materia ædificij triplicis contignationis. Tres sunt actiuæ, totidem passiuæ & vna actiua & passiua: per quas omnes vnum atque idem verbum (quod mirum est) coniugari & moueri potest, voce & significatione nonnihil immutata. Eas (vt Latini) non solent vocare primam, secundã, tertiam, &c. sed peculiari suo nomine, vt videbitur, vnãquamque appellant.

Annotatio.

פָּעַל apud veteres & priscos Grãmaticos commune erat exemplum et archetypus verborum vt nunc est פָּקַד, quod à recentioribus substitutum est (vt puto) ne laborarēt, in litera gutturali ע pronuntianda rudiores.

Quia, vt iam dictum est, oportet omne thema tribus constare literis substantialibus, siue natiuis, vsu factum est apud Grãmaticos, vt per פ intelligant primam literam cuiusque dictionis, per ע, secundam, & per literam ל, tertiam: eo quòd in hac dictione פָּעַל, operatus est, prima litera sit פ, secunda ע & tertia ל.

Coniugatio קַל, siue פָּעַל.

Hebræorum prima coniugatio binomia est. A natura enim sua קַל, id est, leuis, seu expedita vocatur: quòd pro sui indice nullam ascitat & accipiat sibi literam seruilem, siue aduentitiam, nec daghes forti secunda radicalis, siue natiua litera grauetur, vt fit in nõnullis coniugationibus. Vocatur etiam פָּעַל, à vetere paradigmate, hoc est, exemplo, à quo etiam nominationem sumunt cæteræ coniugationes. A פָּעַל enim illo

illo vetere exemplo, coniugatio נִפְעַל appellatur: similiter & aliæ hinc nomen accipiunt, vt suo videbitur loco.

Complectitur autem & admittit hæc coniugatio actiua verba. vt, פָּקַד visitauit,& neutra, seu intransitiua, id est, quorum actus non transit in alium. vt, עָמַד stetit.

Habet porrò hæc coniugatio triplicem formam: ea enim quæ in vsu frequentissima est, habet sub פּ, .i. sub prima thematis litera ָ, & sub ע, id est, sub secũda ַ & accentum vt פָּקַד visitauit, שָׁמַר custodiuit. Quę rarior, habet ָ sub prima & ֵ cum accentu sub secunda idque tantùm fit in tertia præteriti masc. singulari. vt, דָּבֵק adhæsit, שָׁכֵן quieuit. In reliquis enim omnibus cõuenit vbique cum פָּקַד, quod est archetypus eorum, quorum vsus est frequentissimus. Rarissima autem ָ habet sub prima & holem in secunda cum accentu. vt, יָגוֹר timuit, יָכוֹל potuit, קָטוֹן minor, siue inferior, vel impar fuit. Cuiusmodi certè retinent holẽ inuariatum per totum præteritum, præterquàm in tertia persona sing. fœmin. vt, יָכְלָה potuit mulier. & tertia plurali. vt יָכְלוּ potuerunt viri, vel mulieres, in accentu distinguente tamen legitur יָכֹלוּ potuerunt Exod. 8. Et est tantùm hæc triplex formarum diuersitas in præterito: nam alibi vbique imitantur archetypum verborũ, quæ frequentissimè in vsu sunt פָּקַד, vel יָשַׁב sedit, quod est, eorum quæ incipinnt à י paradigma & archetyphus. Excipitur futurum verbi יָכוֹל, de quo rationem tibi dabimus, in classe verborum quorum prima est י.

Hebræi ordinem naturæ sequuti, à præterito tempore, quod naturæ iam ordinatæ ordine præcedit, coniugationem incipiunt: punctum enim temporis quo creata esse cœperunt & opere sex dierum à deo opt max. ordine certissimo fuerũt disposita, fuit præsens tempus: nullum etenim tempus illud temporis punctum, siue momentum præcesserat: Itaque in natura nondum ordinata præsens tempus præcessit cætera tempora: secundo loco præsens ponunt, quod tamen verbum nõ est nisi in imperatiuo: tertiò verò & vltimo loco, futurum.

Hîc vocum quarum vna alteri est opposita, dextera masculini gen. est & sinistra fœmin. Cui verò nulla opponitur, communis. vt, פָּקַד visitauit vir, פָּקְדָה visitauit fœmina, פָּקַדְתִּי visitaui ego vir, vel ego mulier.

Quando autem subsequetur præteritũ singul. mascul. tertiæ personæ huius coniugationis dictio monosyllaba, vel dictio habẽs accentum in prima, plerunque, ne duo accentus se inter se contin-

Exemplum:

Præteritum	עָבָר
פָּקְדָה vel פָּקֳדַת*	פָּקַד
פָּקַדְתְּ vel פָּקַדְתִּ+	פָּקַדְתָּ
	פָּקַדְתִּי
vel	פָּקְדוּ
	פָּקְדוּן
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם
	פָּקַדְנוּ
Pæsens particip.	בֵּינוֹנִי
Pluralis.	Singularis.
פּוֹקְדִים	פּוֹקֵד
	פּוֹקֶדֶת
vel	
פּוֹקְדוֹת	פּוֹקְדָה
Participium præterit.	פָּעוּל
Pluralis.	Singularis.
פְּקוּדִים	פָּקוּד
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדָה

Indicat interdũ ת sine daghes præcedente fœmininum genus. sicut הָ, etiã in ordinibus verborum imperfectis, vt Kimhius in Miclol ex vsu authorum comprobat.

+ In hac secunda persona fœm. sing. tertia radicalis notatur per - quando illa est gutturalis, vt clarior & facilior sit pronuntiatio. vt, שָׁמַעַתְּ בִּתִּי Audisti (pro audis) filia mea? Ruth. 2. יָדַעַתְּ Noueras, in eodẽ capite, et alia id genus etiam in alijs coniugationibus, quæ vsus demõstrabit.

gant, retrahetur ipsius præteriti accentus ab vltima in penultimam syllabã vocalitatis gratia. vt, וְשָׁאַל לוֹ Et interrogauit (pro & interrogabit, siue cōsulet) cū Num. 27. אָבַד כָּלַח periisset senectus, id est, tempus illos defecisset Iob. 30. Simile quoque contingit præteritis dissyllabis verborū imperfectorum huius coniugationis, vt frequēter vsus demōstrat. Cæterùm, vt Elias Iudæus putat in suo scholio in Miclol, illa omnia in quibus non fit hæc retractio, tametsi subsequatur dictio monosyllaba, vel habens accentum in prima syllaba, numero sexdecim, enumerata sunt à Kimio in ipso Miclol in præteritum Cal, perfectorū verborum: pro quibus omnibus sufficiant, Quorum enim os non נָשַׁק לוֹ osculatum est illum. 3. Reg.

Infinitiuus מָקוֹר

פְּקוֹד vel פְּקֹד vel פְּקַד

בִּפְקוֹד vel בִּפְקֹד

כִּפְקוֹד vel כִּפְקֹד

לִפְקוֹד vel לִפְקֹד

מִפְּקוֹד vel מִפְּקֹד

Imperatiuus צִוּוּי

vel פִּקְדִי

פְּקוֹד vel פִּקְדִי vel פְּקֹד פִּקְדִי

vel פְּקֹדִי

פִּקְדוּ vel פְּקוֹדְנָה vel פִּקְדוּ פְּקֹדְנָה

Futurum עָתִיד

יִפְקוֹד vel תִּפְקוֹד vel יִפְקֹד תִּפְקֹד

תִּפְקוֹד vel תִּפְקְדִי vel תִּפְקֹד תִּפְקְדִי

אֶפְקוֹד vel תִּפְקְדִין vel אֶפְקֹד

vel אֶפְקְדָה

תִּפְקוֹדוּ יִפְקְדוּ vel תִּפְקְדוּ יִפְקְדוּ

תִּפְקְדוּ vel תִּפְקוֹדְנָה* vel תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּן

נִפְקוֹד vel נִפְקֹד

vel נִפְקְדָה

* *Hæc vox in* נָה *in omnibus futuris omnium ordinum, ex orationis contextu, vel per secundã, vel tertiam personam fœmininam vertẽda est, & ab ea aliquando detrahitur* ה, *quod tamen virtute continetur in* ־ָ, *vt dicere liceat* תִּפְקוֹדְן *vel* תִּפְקֹדְן. *Eadem quoque suppressio* ה *etiam quandoque contingit imperatiuo in omnibus ordinibus verborū vt dicere liceat* פְּקוֹדְן.

3. Reg. 19. לָמַר צֶ֫דֶק didicit iuſtitiam Eſa.26. מִי־יָצַר אֵל quis formauit deũ Eſaiæ 44. אָתָא בֹקֶר Venit mane Eſaiæ 21.

Vbi duo ſignantur accẽtus, prior, qui iuxta ־ ponitur, vt ſeua ſequens legatur (de quo ſupra in ſecunda regula Atéph camets) producit ſyllabam priorem, ne plus ſatis excurrat pronuntiatio: poſterior autem, qui grammaticus, ſiue natiuus eſt accentus, attollit alteram.

Quæ in tertia maſculina ſingul. præteriti habent ־ & ·· hoc eſt, ſunt ſecundæ formæ, non differunt à participio (ſeu potiùs nomine adiectiuo) maſc. ſing. vt, דָבֵק adhæſit, vel adhærens ex filo orationis ſignificare poteſt. In plurali verò, דְבֵקִים adhærentes.

Regula.

Secunda perſona ſingulari maſc. genris & prima ſingularis præteriti, in omnibus perfectis cõiugationibus ſi habuerint ו vel י à fronte, habere inueniuntur accentum modò in vltima, modò in penultima: frequentior vſus tamen in penultima habere ſolet, etiam in imperfectis.

Si vltima litera thematis fuerit ח, vel ע, vtrumque participium ſing. maſculinum ſæpenumero longius videbitur vna ſyllaba alijs, propter ־ vſurpatum. Nõ enim dicimus, vt vera poſtulat analogia, ſiue proportio archetypi hic propoſiti, שׁוֹמֵע ſed שׁוֹמֵעַ, audiens, non יָדוּעַ, ſed יָדוּעַ, cognitus: ſic in infinitiuo, nõ dicitur שְׁמוֹע, ſed שְׁמוֹעַ, audire ſimilis eſt ratio literæ ח. vt, בּוֹטֵחַ confidens, & בָּטוּחַ confiſus. Viſe ſupra regulam de ח, & ע, in fine dictionis.

Aliquando tamen vſu venit, vt conſulendo breuitatī vſurpatum – retroferatur in Benoni ſub ſecundam radicalem ſublato ··, quo illa notari debebat. vt, רוֹקַע extendens, Pſal. 136. pro רוֹקֵעַ, שֹׁסַע, findens Leuit. 11. pro שֹׁסֵעַ.

Nonnunquam etiam, ſed rarò admodum, reperitur Benoni huius coniugationis non cum tſere in vltima ſyllaba iuxta propoſiti archetypi proportionē, ſed cum Iric magno, quia tſere & Iric magnum ſunt motiones commutabiles. תּוֹמִיךְ Suſtinens Pſal. 16. יוֹסִיף Addens Eſaiæ 29. & 38. Maſorethæ tamen pūctorum vocalium authores legunt, יוֹסִף ſine Iod comite Iric magni expreſſo, quod tamen, vt vices tſere motionis magnæ, qua inſigniri debebat, ſuppleātur, imaginandum eſt: Kimius porrò in Miclol & libro Radicum expreſſo Iod legit, יוֹסִיף.

Quando tertia radicis eſt gutturalis in participio præſenti ſing. fœm. pro ∵ ∵ ſubſtituitur – –. vt, שׁוֹמַעַת audiens. Gen. 18. non שׁוֹמֶעֶת, פֹּרַחַת Effloreſcens, ſiue, pullulans Leuit. 13. non פֹּרֶחֶת, vt vult communis grāmatica proportio.

Infinitiuus, nullius eſt generis, numeri & perſonæ & propterea ab Hebræis dicitur מָקוֹר, id eſt, fons, ſeu ſcaturigo temporum, generum, numerorum, & perſonarum omnium: Nimirum, quòd ab eo pro ratione ſententiæ, fluant varij ſignificādi modi, non autem quòd ab illo tanquam à principio formandi tempora, genera, numeri, & perſonæ formentur & originem ducāt, hoc enim fit à tertia perſon. ſing. maſc. præteriti. Infinitiuo ſæpenumero in om-

omnibus coniugationibus à fronte seruiunt quatuor literæ בְּכְלָם, ex quibus, ב & כ, plurimùm trahunt infinitiui sensum ad præteritum perfectum, vel imperfect. vel plusquam perfect. indicatiui, vel opt. vel subiunct. modi, primæ, vel secundæ, vel tert. personæ, singularis, vel plurali numeri pro ratione sententiæ, ל & מ verò, ad futurum indicatiui, vel optatiui, vel subiunctiui modi primæ, vel secundæ, vel tertiæ personæ sing. vel pluralis numeri pro orationis filo, sed quia frequẽter occurrũt huiusmodi, breuitati consulentes, nulla attulimus exempla. In hac coniug. istæ literæ adiectitiæ בכלם pro seua, quo * propriè affici debent, habent hiric, & id ne seua, sequens legatur. Si quando tamen prima thematis fuerit vna gutturalium, non solùm infinitiui literæ בכל, sed etiam futuri indices literæ, vt in illius annotationibus obseruatur, habebũt pro suo seua motionem affinem literæ gutturali. vt, בֶּאֱכוֹל in comedendo, לַחֲבוֹשׁ ad medendum.

*Omnis ascititia siue seruilis litera, quando in dictionis principio seruit, propriè insigniri debet seua: si enim aliter notetur, hoc fit per accidens, vt hoc loco, ne duplex seua legatur, pro בִּפְקוֹר dicitur ad vocalitatem בִּפְקוֹר sic de ceteris.

מִפְּקוֹר. Hîc, in פ ponitur dages supplens defectũ נ integræ præpositionis מִן. nam alioqui dicendũ esset מִן פְּקוֹר. מ porrò præpositum infinitiuo nõ solùm futurum tempus indicat, sed etiam plerunque negationem importat. Cæterùm quòd passim Infinitiuus potissimùm cum literis istis בכלמ, vertatur per gerundia, vel per supina, fit ex illius affluentia significãdi. Si verò prima fuerit gutturalis, quæ abhorret à daghes, vel ר, subscribetur מ ··. vt, מֵהֲרוֹג ab occidendo. & similia.

Quando huius coniugationis infinitiuus habens

Olem in vltima iungitur, per Maccaph (de quo in tertia regula Camets Atuph ſupra) dictioni ſequenti, cõuertitur Olem in camets Atuph. לִפְנֵי מְלָךְ־מֶלֶךְ Ante regnare regem, id eſt, antequam regnaret rex Geneſ. 36. pro מְלוֹךְ.

Imperatiuus modus ſimilis eſt infinitiuo, detractis literis בכלם & tantùm habet ſecundam perſonam. Dicunt enim Hebræi nobis ipſis, vel abſentibus nos non poſſe imperare.

Nominibus verò multis appellatur Imperat. modus ab Hebræis, vtuntur namque illo quandoque עַל־דֶּרֶךְ הַגִּיוּם per modum irriſionis & exprobrationis & Ironicus & exprobratiuus modus dicitur. שְׂמַח בָּחוּר בְּיַלְדוּתֶךָ. Lætare iuuenis in iuuentute tua. Eccleſiaſt. 11. quaſi dicat ironicè: conſidera, quid tandem conſequeris ex voluptate & vitioſa libidine tua. בֹּאוּ בֵית־אֵל וּפִשְׁעוּ Ite Bethelum & præuaricamini. Amos 4. quaſi dicat per exprobrationem: pergite in fœda veſtra idololatria. Aliquando etiam eodem vtuntur על־דרך זֵרוּז per modum exortationis & dicitur ſuaſorius, ſiue ortatiuus. לֶךְ־לְךָ Valde tibi Geneſ. 12. quaſi dicat Dominus Abramo, me authore ſolum mutando, ne deſpondeas animũ. In vſu quoque eſt Imperatiuus modus, על־דרך הַתְּפִלָּה per modum precationis & appellatur deprecatiuus, הוֹשִׁיעָה נָּא Saluum fac quæſo. Pſal. 118. וְיָבֹא גַם־כֵּן .i. בְּעִנְיָן הָאֹמֵר לַחֲבֵרוֹ עֲשֵׂה כִּי־לֹא יוֹעִילְךָ. Accedit inſuper ad ſenſum dicentis proximo ſuo, age, non enim proficiet tibi: & dicitur modus inutilitatis demonſtratiuus. עֹלוֹתֵיכֶם סְפוּ עַל־זִבְחֵיכֶם Holocauſta veſtra addite

dite victimis veſtris. Ieremiæ. 7. quaſi dicat dominus: Illa inutilia & vana ſunt, cùm non attendatis mandatis meis, nec recedatis ab iniquitate. וְלִפְעָמִים לֹא־לְאָדָם מְיוּחָד אֶלָּא לְמִי שֶׁיִּהְיֶה וְהוּא עַל־דֶּרֶךְ מְלִיצָה. Aliquoties porrò non homini cuiquã ſpecialiter accommodatur, ſed cuiuis per modum elegantiæ, id eſt, indefinitè eleganter aliquãdo ponitur & vocatur modus accommodatitius רְאֵה רֵיחַ בְּנִי כְּרֵיחַ שָׂדֶה. Vide (ecce) odor filij mei, ſicut odor agri & c. Gen. 27. חִזְקוּ יָדַיִם רָפוֹת Roborate manus languidas Eſaia. 35. Cuiuſmodi ad Apoſtrophen pertinere videntur.

Pluralis vox imperatiui maſculini regulariter ex frequentiori vſu, ſub prima natiua litera habet hiric paruum. שִׁמְרוּ מִשְׁפָּט cuſtodite iudicium Eſaiæ. 56. נִפְלוּ עָלֵינוּ cadite ſuper nos Hoſeæ. 10. Raro magis eſt cum camets hatuph, חָרְבוּ מְאֹד exareſcite valde. Ierem. 2. מָשְׁכוּ אוֹתָהּ Trahite eam Ezechiel. 32.

Singularis vox fœminina illius quoque, ex frequẽtior vſu habet hiric paruum ſub prima. לִבְשִׁי עֻזֵּךְ צִיּוֹן Indue robur tuum Tſiion, Eſaiæ. 52. שִׁכְבִי עַד־הַבֹּקֶר cuba vſque ad mane. Ruth. 3. Rarius habet ־ָ:, aut ∵ ſub prima, מַלְכִי Regna. Iudicum. 9. חֶשְׂפִּי detege. Eſaiæ. 47. Rariſſimè verò inuenitur cum ∵ ſub prima & ־ָ: ſub ſecunda, quæ eſt gutturalis אֶחֱזִי Tene. Ruth. 3. pluralis vox illius autem modò habet in ſecunda ſyllaba holem, modò verò ־, חֲגֹרְנָה שַׂקִּים סְפֹדְנָה, Accingite vos ſaccis, plangite. Ierem. 49. שְׁמַעְנָה Audite Ierem. 9. צְעַקְנָה exclamate Ier. 49. Legitur etiã שְׁמַעַן קוֹלִי Audite vocem meam Gen. 4. deſideratis ־ָ & ה ſyllabæ נָה.

Im-

Imperatiui personæ mascul. singulari, etiam in verbis imperfectis, in omnibus coniugationibus aliquando ad ornatum lectionis additur ה per Paragogen: vt in ista coniugatione dicitur, שִׁכְבָה עִמִּי dormi mecum, Gen. 39. pro שְׁלְחָה הַנַּעַר. שְׁכַב, mitte puerum Genes. 43. pro שְׁלַח. Quæ paragoge ה ita fit in verbis neutris huius coniugationis, vel etiam actiuis, habentibus pro secunda aut tertia litera radicali ה, vel ע, vel א, quæ habent in statu absoluto sub secunda ־, pro vt ex futuro per regulam liquebit infra. Actiua autẽ verba, quæ habent in secunda holem in imperatiuo, hac punctorum expressione recipiunt ה paragogicum, & à זְכוֹר, dices, זָכְרָה לִּי memento mei, Nehemiæ. 5. in nonnullis est hiric & à מְכוֹר dicitur מִכְרָה vende Genes. 25. Quando autem secunda est gutturalis pro ־: ponitur Olem cum prima, vt lenta magis sit, nec nimis excurrat pronũtiatio זָעֲמָה detestare Num. 23.

Quædam tamen sunt quæ horum archetyporum, non seruata proportione aliter paragogen ה recipiunt, à שְׁמַע enim dicitur in Imperat. שִׁמְעָה Exaudi. à סְלַח etiam סְלְחָה da veniam Daniel. 9.

Admittit infinitiuus interdum ה per paragogen. vt, וַיִּתְּנָהּ לְמָרְטָה & dedit eum ad expoliendum, Ezech. 21. mutato holem status absoluti infinitiui in camets hatuph & Metathesi, siue trãspositione motionum facta (si motionem seua liceat appellare) pro לִמְרוֹטָה, propter paragogen enim mutatur vultus dictionis. Quæ autem ־ in vltima syllaba habent sic cum paragoge ה efferuntur לְרִבְעָה אֹתָהּ ad ineundum

dum illā Leuit. 20. pro לִרְבַע secundum formulæ proportionem. Cæterùm paragoge ה cum Infinitiuo nō fit, nisi accedente litera ל à fronte, paucissimis exceptis, vt doctus obseruat Elias in scholijs in Miclol, in Lapidem 18. Iod etiā vacans admittit. vt, לְהוֹשִׁיבִי עִם־נְדִיבִים, ad faciendum sedere cum principibus, Psal. 113. pro לְהוֹשִׁיב, & est infinitiuus quintæ coniugationis ordinis eorum, quorum prima natiua litera est iod, à verb. יָשַׁב sedit, in Cal.

Futurum, fit ab imperatiuo, præposita vna literarum *אֵיתָן, quæ in omnibus cōiugationibus semper sunt futuri temporis characteristicæ. Illæ in hoc futuro habent pro seua hirec, eadem ratione qua literæ בכל in infinitiuo, nisi quòd א, cùm sit gutturalis, pro ·:· habet tantùm ·.·, detractum enim est seua ex ·:·, ne seua sequentis literæ legatur. Habent etiam hæ literæ אֵיתָן quando prima radicis est gutturalis, motionē affinem motioni literæ gutturalis. vt, יַהֲרֹג occidet, אַחֲרִים destruam.

*In collocādis personis fut. nō ratione habuimus ordinis literarum huius dictionis artis איתן qua primo loco, nescio qua ratione, ponunt Heb. primā personam fut. sed instituti nostri, quo (sicut in preterito ijdem Heb. faciūt) etiā in futuro primo loco ponimus tert. person. Erit igitur nostra dictio artis יְתָאֵן cōtinuato vno ordine à preterito iā incepto.

Quando huius coniugationis futurum desinens in Olem iungitur per Maccaph dictioni sequenti, aut illud sequitur dictio monosyllaba, vel habens accentum in penultima, ipsum Olem conuertitur in camets Atuph, vt vsu passim videtur, paucissimis exceptis.

Est etiam operæpretium cognoscere, personam תִּפְקוֹד vel תִּפְקֹד bis exprimi in ipsa futuri formula, quoniā secunda persona masc. sing. futuri tēporis in omnibus cōiugationibus omnium ordinum verborū confunditur cum tertia singulari fœminina: sunt ita-

que huiuſmodi dictiones ambiguæ conſiderato filo orationis reddẽdæ cõmodè, vel per ſecũdam perſonã maſc.ſing.vel per tertiam fœm.quando occurrũt. Aliquãdo ſecunda perſona ſing.fœm. inuenitur cũ ֶ: ſub ſecũda natiua litera וְתַשְׁחֲרִי.Et dono dediſti Ezechiel. 16. vbi ו conuertit futurum in præteritum.

Notandum præterea, primam perſonam futuri vtriuſque numeri interdum aſciſcere ה paragogicam literam in omnibus coniugat. etiam imperfectorum verborum(vt fit in imperatiuo & infinitiuo) ad ornatum lectionis.vt, אֶזְכְּרָה recordabor. Pſal. 42. Pauca admodum habent ֶ:, ſub ſecunda natiua litera, וָאֶשְׁקֳלָה,& ad pondus tradidi.Ezræ 8.& Ieremiæ.32. Illa porrò quæ cum paragoge ה habent ֶ: ſub ſecunda litera natiua, vel pauciſſima ſunt, vel controuerſa. נִשְׁלָחָה mittemus Deut. 1. ſecundam verò & tertiam plurales maſculini generis habere in fine ן. vt, יִלְמְדוּן diſcẽt Deut. 4. תִּשְׁמְרוּן cuſtodietis. Deut.6. Eandẽ literã ן nõnunquã etiã accipit ſecũda ſingularis fœminina.vt,תִּדְבָּקִין adhærebis, Ruth.2.vbi tamẽ cõtra rationẽ grãmatices ſub 2.eſt ֶ pro ſeua ꝓpter accentũ diſtinguentẽ. Accidit etiã huiuſmodi ן tertiæ perſonæ plurali præteriti.vt, אֲשֶׁר לֹא־יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ quod non nouerũt partes tui(maiores tui,) Deut. 8.

Vaf conuertens futurum in præteritũ effertur per ֶ ſequẽte daghes, præter quàm cũ præponitur literæ ו affectæ ſcua, tunc enim cõtentum eſt ו tantùm ֶ, nec imprimitur daghes ipſi ו notato per ſcua. Quando autem præponitur ipſi literæ א quæ primam perſonã ſingularem futuri docet, effertur hoc ו per ָ, eo quòd א daghes recipere non poſſit & æquiparatur ſyllaba longa ſyllabæ breui & daghes.

Regula.

Infinitiuus, imperatiuus, & futurum verborum actiuorum coniugationis Cal, in vltima ſyllaba habent holem. vt, זָכוֹר recordari, ſiue recordãdo Tren. 3. vel recordare. Exod. 20. & זְכוֹר Deuter. 9. (rarus tamen infinitiuus actiuus propter gutturalem, euphoniæ

phoniæ gratia, eſt cum ־. vt, שְׁלַח אֶצְבַּע extendere digitum, Eſa. 58. eſt etiam imperatiuus Exod. 4. ſignificans extende. pro שְׁלוֹחַ) יִשְׁמוֹר cuſtodiet, 1. Samuel. 2. Neutrorum verò habent ־. vt, שְׁכַב dormire & dormi. 4. Reg. 14. pro infinitiuo, & 2. Sam. 13. pro imperatiuo: pro futuro, וַיִּשְׁמַן יְשֻׁרוּן וַיִּבְעָט, & impinguauit ſe Iſrael & recalcitrauit. Deut. 32. & ſimilia. Sunt tamen quædam actiua, quæ ſimiliter habent ־. vt, רְכַב equita. Pſal. 45. וַיִּרְכַּב, Et aſcendit equum, vel equitauit. Pſal. 18. יִרְפַּד ſternet Iob. 41. Et præſertim, illa actiua quæ pro tertia, aut ſecunda habent א, vel ה, vel ח, vel ע. vt, יִנְאַף adulterium cõmittet, Leuit. 20. יִנְהַג ducet Eſa. 20. תִּשְׂחַק־לָמוֹ תִּלְעַג לְכָל־גּוֹיִם. Ridebis eos, fruſtra habebis omnes gẽtes, Pſal. 59. Sic וַיִּשְׁלַח סְפָרִים & miſit epiſtolas. Eſter. 1. Sic אֶשְׁמַע audiam, Ierem. 11. & ſimilia. Excipitur אֶזְעֹם, contemnam, Num. 23. & pauca alia quæ deſinunt in Olem. Quædam etiam vtroque modo afficiuntur in futuro. vt, תִּשְׁבּוֹת, Exod. 23. & תִּשְׁבַּת ceſſabit, Leuit. 26. Quòd autẽ imperatiuus in huiuſmodi debeat notari ־, ſatis liquidò cõſtat tũ ex vſu, tum ex futuro, quòd ab imperatiuo præpoſitis אֵיתָן formetur. Tùm autem ſumma illa ſit, vt ſe in iſta coniugatione exerceat ſedulè tyro, quandoquidem cæteras omnes etiam imperfectas, faciles ex huius diligẽti cognitione & perceptione habebit hac inueniet. In ea enim, vt ita dicam, bene gtammaticandi materia veluti delibatur & carpitur.

Coniugatio נִפְעַל.

Secunda coniugatio, quæ paſſiuæ eſt ſignifica-

tionis, נִפְעַל appellatur: formatur autẽ ab actiua superiori, præpoſita primæ thematis נ litera (quæ paſſiuæ vocis eſt characteriſtica) affecta hiric, ſequente ſeua quieſcente ſub prima thematis. vt, נִפְקַד viſitatus fuit.

Per hanc etiam coniugantur paſſiua verba, non ab actiuis, ſed à neutris deriuata. vt, à verbo neutro קָרַב appropinquauit ſe, fit נִקְרַב adductus eſt, Exod. 22. Sic, ab הָיָה fuit, fit נִהְיָה factus eſt, Ioëlis. 2.

Item alia ſunt quæ ab actiuo formata verbo, neutram habent ſignificationem, vel actionis reciprocæ & intrãſitiuæ, quòd in ſeipſis ſit actio, & paſſio. vt, וַעֲמָשָׂא לֹא־נִשְׁמַר & Amaſa non cuſtoditus eſt, vel non cuſtodiuit ſeſe, id eſt, non cauit ſibi. 2. Samuel. 20. Sic, à לָפַת inclinauit, fit נִלְפַּת inclinauit ſe. Cuius futurum ſic habet, Ruth 3. וַיֶּחֱרַד הָאִישׁ וַיִּלָּפֵת & expauit vir, & inclinauit ſe: vel meliùs & expauit vir & apprehendit ſe, quaſi dicat, quòd complexus fuerit ſeipſum, vt pauore expaueſcentes ſolent. Similiter, quædam ſunt verba neutra, à quibus huius coniugationis verba formantur, neutrius tamen ſignificationis. vt, ab הָלַךְ ambulauit, fit paſſiuæ vocis verbum, נֶהֱלָכְתִּי ambulaui, Pſal. 109.

Præterea, pauca alia quædam ſunt, quæ in nulla alia cõiugatione prꝛterquàm in hac inueniuntur in vſu: quæ tamen exponenda veniunt, ac ſi eſſent cõiugationis Cal, redolendo illius, ſignificationem. vt, נִשְׁבַּע iurauit. נִשְׁעַן innixus eſt. Et habet hîc locum, regula ſequens notanda.

Re-

Regula.

Omne verbum quod in aliqua coniugationum inuenitur in vſu præterquàm in Cal, ferè ſemper eſt exponendum in ſignificatione coniugationis Cal.

Exemplum:

Præteritum	עָבָר
נִפְקְדָה	נִפְקַד
נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ
	נִפְקַדְתִּי
	נִפְקְדוּ
נִפְקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּם
	נִפְקַדְנוּ

Differt hoc participiũ ſing. maſcu. à præterito, quòd illud maxima ex parte habeat ַ, hoc verò ָ in ſecunda ſyllaba.

Præſens Participiũ	בֵּינוֹנִי
Pluralis.	*Singularis.*
נִפְקָדִים	נִפְקָד
	נִפְקֶדֶת* † vel
נִפְקָדוֹת	נִפְקָדָה

**Reperitur talis terminatio, Ionæ. 3. vbi tamẽ propter accentum diſtinguentem pro ֶ ֶ ſubſtituitur ָ, & Pſal. 89.*

Quia, vt adhuc alias dicetur, ָ, ַ, ֵ, & Iric paruum ſunt motiones cõmutabiles, inuenitur hoc participium (quod etiam per Kimium & ex filo orationis præteritũ eſſe poteſt) cum ָ ſub נ & Olem in vltima וְנַחְתּוֹם & obſignatur, vel & obſignabatur Eſteræ 8. Inuenitur etiam cum ֵ ſub נ & ָ in vltima וְנֶחְתָּם & obſignatum Eſteræ 3. Poteſt autem iſta notatio per ָ & per ֵ ſub נ & per Seua ſimplex ſub ה re-

† Quando tertia radicis eſt gutturalis potiſſimùm ח aut ע, pro ֶ ֶ ſubſtituitur ַ ַ vt, נִשְׁכַּחַת Obliuioni tradita, ſeu neglecta, Iſa. 23 pro נִשְׁכֶּחֶת.

† Imperatiuus quando habet accentum in penultima, quòd rarò cõtingit, ֵ habet in vltima ſyllaba הִשָּׁמֵר eſto cautus. i. caue tibi. Exod. 23. hoc etiam Infini-

Infinitiuus.	מָקוֹר
	הִפָּקֵד
	בְּהִפָּקֵד
	כְּהִפָּקֵד
	לְהִפָּקֵד
	מֵהִפָּקֵד
Imperatiuus.	צִוּוּי
הִפָּקְדִי	הִפָּקֵד †
הִפָּקַדְנָה	הִפָּקְדוּ

ferri ad tertiam regulam ipſius Scua ſimplicis ſub gutturali litera, quæ regula eſt ſub finem huius operis.

	Futurum.	עָתִיד
	תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד
	תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד
		אֶפָּקֵד *
		יִפָּקְדוּ
	תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ
		נִפָּקֵד

* *Hic ex* ·:: *ſub* א *detractum eſt* ·· *, ne poſt: mobile ſequeretur daghes.*

tiuo & futuro cõtingere poteſt, potiſſimũ quãdo habẽt poſt ſe dictionem monoſyllabam, vel habẽtem accẽtum in prima ſyllaba, ne videlicet duo accentus ſe inter ſe cõtingant. Iſta porrò annotatio, etiam ad imperfectos ordines pertinet, qui habẽt in ſtatu abſoluto in vltima ſyllaba.. in Imratiuo.

Vbique in infinitiuo, imperatiuo, & futuro huius coniugationis, deſideratur נ paſſiuæ vocis nota, quæ tamen ſuppletur per dages, inſcriptum complexui primę natiuæ literæ. Veruntamen quia daghes forte (defectum literæ נ hîc ſupplẽs) non inſcribi poteſt alicui primæ ſyllabæ literæ, præponitur illi literæ primæ, in infinitiuo & imperatiuo, ה affectum hiric conſtituens primã ſyllabam, vt daghes illud ſit forte & audiatur eius aſperitas, ſeu robur quod literis adfert. In futuro autem abijcitur ה illud ſemper: quia literæ אֵיתָן, præpoſitæ primæ radicali literæ conſtituentes ſyllabam primam, demonſtrant ſatis tale daghes eſſe forte. Cuiuſmodi abiectio ה, etiam in infinitiuo, adueniębus literis בְּכָלָם fieri debebat. Qui tamen quanuis literas בְּכָלָם habeat, non illud reijcere ſolet præter quã paucis in locis. vt pro, בְּהֵעָטֵף dicitur, בֵּעָטֵף עוֹלֵל. In deficiendo paruulum, id eſt, quum animi deliquiũ paterentur infantes, Threnorum. 2. ſunt etiam pauca alia huiuſmodi. Porrò ſi prima thematis fuerit vna gutturalium אֲחָהָע, vel ר, quæ à daghes abhorrent & cum illo commercium non habent, daghes illud quod primæ literæ natiuæ alioqui inſcribẽdum eſſet in ſupplementum נ indicis huius cõiugationis,

reijcie-

reijcitur ſub ה infinitiui, & imperatiui. Itidem, ſub literas אִיתָן futuri indices & ſic ex hiric motione parua & daghes relegato ad latus hiric, fiet ·· motio magna. (Quandoquidem æquiualet motio magna, motioni paruæ & daghes & contrà motio parua & daghes æquiparantur motioni magnæ, vt oſtendetur in quinta coniugatione verborum quæ habent ſecundã natiuam literam vaf, vt à paſſiuo verbo, נֶאֱסַף congregatus eſt, dicitur in Imperatiuo הֵאָסֵף. Eſto congregatus, ſiue congregare. Deut. 32. à נֶאֱמַר dictum eſt, dicitur in infinitiuo הֵאָמֵר dici Iob, 34. & in futuro, יֵאָמֵר dicetur Geneſ. 22. A nomine נִרְגָּן ſuſurro, fit futurum paſſiuæ vocis (non tamen ſignificationis) וַיֵּרָגְנוּ & murmurarunt, Pſal. 106. & ſimilia, Prouerb. 22. Ionæ. 1. & aliàs. Inuenitur etiam infinitiuus huius coniugationis cum litera paſſiua נ expreſſa, ſeruata forma, ſiue proportione infinitiui actiui in Olem deſinentis. vt, וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים בְּיַד הָרָצִים & mitti, id eſt, & miſſæ fuerunt literæ, per manum curſorum, Eſter. 3. נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה Deſiderando, deſiderio tactus fuiſti Geneſ. 31. id eſt, ſummopere deſideraſti. נִשְׁאֹל נִשְׁאַל דָּוִד Poſtulãdo poſtulatum eſt (à) Dauide 1. Samuel 20. id eſt, ab ipſomet Dauide obnixè poſtulatum eſt, alia pauca etiam in imperatiuo habent נ expreſſum. וְנִקְבָּצוּ Et congregamini Ioel. 3. pro וְהִקָּבְצוּ, ſed propter accentum diſtinguentem eſt ָ ſub ב contra rationem grammatices. Legitur etiam iuxta proportionem formulæ הִקָּבְצוּ, congregamini Geneſ. 49. deſiderato נ coniugationis indice.

Inuenitur etiã quandoque א in futuro huius cõiugatio-

gationis cum Iric אִמָּלֵט liberabor. 1.Samuel.27.אִדָּרֵשׁ requirar Ezechiel. 20. Cum ־ in vltima syllaba etiã aliquando inuenitur hoc futurum תִּשָּׁבֵר frangeris Ezechiel. 32. etiam in accentu distinguente וַיִּגָּמַל, & ablactatus est, siue à mamma disiunctus est Genes. 21. Et memineris hoc in loco Esteræ, regulæ suprascriptæ, qua infinitiuus dicitur מָקוֹר, quòd ab eo fluant varij significandi modi. Si quando tamen tertia natiua litera fuerit ע, vel ח, sæpenumero fit cõtractio duarum syllabarũ in vnã: nam solet retro ferri ־ vsurpatũ in locum ‥, quo insigniri debebat ex communi vsu secunda radicis in infinitiuo. vt, בְּהִשָּׁמַע, דְּבַר־הַמֶּלֶךְ dum audiretur præceptũ regis, Ester. 2. pro בְּהִשָּׁמֵעַ. sic in futuro. vt, יִשָּׁמַע audietur, Esaiæ 60. pro יִשָּׁמֵעַ, יֵאָנַח gemebundus fiet Prou. 29. pro יֵאָנֵחַ, etiam in Imperatiuo הֵאָנַח gemebundus fias, vel esto Ezech. 21. pro הֵאָנֵחַ.

Coniugatio Piel פִּעֵל vel פִּעֶל.

Tertia Hebræorum coniugatio, à veteri illo paradigmate, siue exemplo, cuius in קַל meminimus, פִּעֵל vel, פִּעֶל appellatur. Differt à Cal tamen, quòd vbique habeat sub פ hiric, & sub ע ‥, vel ∵, vel ־. vt, פִּקֵּר bono animo visitauit. כִּפֵּר placauit. רִדֵּף persequutus est. Eius secundæ gremio quoque inscribendum est daghes pro coniugationis charactere & signo: vnde ab alijs קָפֵּר, id est abrupta, quòd abruptã & nõ liberam propter daghes, videatur habere pronuntiationem, dicitur. Ab alijs כָּבֵד, id est, grauis, quòd eius secũda litera gestare soleat daghes in vtero: Et ab alijs, בִּנְיַן הַדָּגוּשׁ, id est, coniugatio daghessata.

ſata, denominata eſt. Cæteræ quoque coniugationes, quæ literas natiuis literis ſuperuenie͂tes, ſui formatiuas & indices recipiunt, quandoque à grammaticis Heb. graues appellantur, quòd videlicet tanqua͂ oneri ſint huiuſmodi literæ addititiæ illis cōiugationibus, ne ſint conſtantes ſuis tribus natiuis literis, vt Cal.

Eius porrò ſignificatio propriè eſt tranſitiuorum verborum, quæ nuſquam in alijs inueniuntur coniugationibus. vt, בִּקֵּשׁ quæſiuit דִּבֵּר loquutus eſt. Complectitur etiam verba, quæ in prima coniugatione ſunt neutra, hîc verò tranſitiua. vt, הָלַךְ ambulauit, הִלֵּךְ deduxit, aut ambulare fecit, Iob. 24. טָמֵא immu͂dus fuit, טִמֵּא polluit, vel polluere fecit, Ezech. 36. Eiuſmodi enim, vt verba quintæ coniugationis, nōnunquam agere altero ſuaſore & authore ſignifica͂t. Præterea pauca quædam ſunt quæ in prima coniugatione & in iſta neutra reperiuntur. vt, וְשְׂעָרֵךְ צִמֵּחַ. & capillus tuus creuit, Ezech. 16. פִּתַּח הַסְּמָדַר aperuit ſe vua acerba, vel minuta, qualis ſtatim poſt detruſum florem apparet, Cantic. 7. Quæ profectò habent in ſe ipſis magis abſolutam actionem, id eſt, vim & actionem, quæ extra agentem non tranſit, maiorem ſignificant, quàm in Cal. vt Kimhius in Miclol ait: nam quando dixit, creuit, ſuperfluitatem quandam ex ſeipſo manantem ſignificat: quando verò aperuit ſe, quandam vehementiam & vim ex ſe, quæ non in aliquem tranſeat, maiorem quàm in Cal. Ea verò quæ in Cal ſunt actiua, ſi per hanc coniugentur, vehementiorem perſæpe importabunt actionem. vt,

שָׁבַר fregit, שִׁבֵּר perfregit, פָּקַד numerauit, vel visitauit, פִּקֵּד, quod verbum, quia nusquam in vsu est in hac coniugatione præterquam in participio, redolendo sui primitiui Cal significationem, per grammaticam significare poterit ex istius coniugationis natura & proprietate: subtiliter, siue diligenter numerum exequutus est, vel bono animo visitauit. Postremò obiter notandum, hanc coniugationem amplecti verba, quibus nulla similia in alijs inueniuntur coniugationibus. Nimirum quæ in contrarium sensum sunt vertenda. vt, וְדִשְּׁנוּ אֶת־הַמִּזְבֵּחַ. & repurgabunt cineribus aram, Nume. 4. non autem, aspergent cineribus aram. sic, in Cal dicitur חָטָא peccauit. In hac verò, חִטֵּא obtulit pro peccato, vel expiauit à peccato. vt, תְּחַטְּאֵנִי expiabis me, Psal. 51. & alia, quæ cùm occurrunt, diligenter obseruanda sunt.

Cum ∵ in vltima porrò inueniuntur nonnunquã verba huius coniugationis כִּפֵּר placauit, siue litauit Exod. 30. כִּבֵּס lauauit Leuit. 13. & pauca alia.

Sæpenumero quando secunda radicis est vna gutturalium אֲחָהַע, vel ר, quæ non recipiunt daghes, Daghes characteristicon coniugationis huius secundæ literæ alioqui inscribendum, reijcitur sub primã thematis literam: & sic ex hiric primæ thematis & daghes

Exemplum:

Præteritum.		עָבַר
פִּקְּדָה	vel	פִּקֵּד
		פִּקֵּד
פִּקַּדְתְּ		פִּקַּדְתָּ
		פִּקַּדְתִּי
		פִּקְּדוּ
פִּקַּדְתֶּן		פִּקַּדְתֶּם
		פִּקַּדְנוּ
Præsens partici.		בֵּינוֹנִי

re-

relegato ſub illam literam primã,in præterito fit ֵ. vt, מֵאֵן renuit, Numer.22. Non autem, מִאֵן, בֵּרֵךְ, benedixit Pſal.10. & non בִּרֵּךְ, & בֵּרַךְ. Geneſ. 24. & non בִּרֵּךְ in ſecundam forma, eiuſdem ſignificationis.

In Benoni quoque, infinitiuo, imperatiuo, & futuro, ſub prima pro ַ, ponitur ָ, pro daghes, quando quidem fit ָ ex ַ & daghes ſubſcripto & ſub illud relegato. Vt in Benoni מְתָאֵב Abominans Amos 6. in infinitiuo & imperatiuo, מָאֵן renuere, vel renue. Exod. 10. pro preſerti Imperatiuo, & 22. pro Infinitiuo ſumptum. In futuro, יְמָאֵן renuet. Exod. 22. &c. à בֵּרֵךְ, in benoni מְבָרֵךְ benedicens Prouerb. 27. In infinitiuo & imperatiuo בָּרֵךְ, benedicere, vel benedic. Geneſ. 22. pro infinitiuo, & Deut. 33. pro Imperatiuo. In futuro יְבָרֵךְ benedicet, Geneſ. 28. & non יְבַרֵּךְ. ſic

Pluralis.	Singul.
מְפַקְּדִים	מְפַקֵּד
vel	מְפַקֶּדֶת *
מְפַקְּדוֹת	מְפַקְּדָה

**Reperitur talis participij terminatio. 1. Samuel, 1. et aliàs, etiam cum ֵ ſub ſecunda natiua litera reperitur fœmininum participium deſinens in ה, vt מְשַׁכֵּלָה abortans. Exod. 23. ſed raro.*

Particip. præterit. פֻּעַל

Pluralis.	Singularis.
מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּד
vel	מְפֻקֶּדֶת *
מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדָה

**Reperitur talis participij terminatio, Ezech. 38. et aliàs.*

Infinitiuus.	מָקוֹר
	פַּקֵּד
	בְּפַקֵּד
	כְּפַקֵּד
	לְפַקֵּד
	מִפַּקֵּד
Imperatiuus	צִוּוּי
פַּקְּדִי	פַּקֵּד
פַּקֵּדְנָה	פַּקְּדוּ
Futurum	עָתִיד
תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד
תְּפַקְּדִי	תְּפַקֵּד
	אֲפַקֵּד
	יְפַקֵּד

de alijs. In Paul autem mutā תְּפַקְּדוּ תְּפַקֵּדְנָה
tur ∵. & daghes in holē mo- נִפְקַד
tionem magnam, quæ frequenter confunditur cum
ו. vt, מְגוֹאָל pollutus, Malac.1. מְפוֹרָד diſtinctus Eſter.
3. מְבוֹרָךְ benedictus, Pſal. 113. Quia ־ָ:, ∵, ו & Olem
ſunt motiones comutabiles, hoc participiū quandoq;
habet non ∵. ſub prima natiua litera, ſed ־ָ: vt, מְאָדָּם,
Rubefactus, ſiue Rutilus Naümi.2. Fallit tamē non-
nunquam illa regula, remittendi daghes ſub primam
thematis literam, vel ſubſtituendi Olem, quoniam
multa reperiuntur habentia mediam gutturalem, in
quibus vbique daghes coniugationis character om-
nino euaneſcit, nulla ſubſtituta motione longa ſub
prima, vel nullo Olem expreſſo. vt, בִּעֵר remouit, 1.
Reg.22. טִהַר mūdauit Leuit. 13. רִחַם miſertus eſt Pſal.
103. נִאֵר dedignatus eſt Thren.2. & ſimilia.

Pauca quædam etiam ſunt, quæ non habentia ſe-
cundam natiuam literam gutturalem, propter vſum
illorum frequentem, perdunt daghes omnino. vt,
לֹא בִקְשָׁה דָּבָר nihil poſtuláuit, Eſter 2. הַלְלוּ laudate,
Pſal.148. Reperitur quādoque infinitiuus huius con-
iugationis cum ה paragogico: affecta tamen ſeua ſe-
cunda radicali litera. vt, כִּי־טוֹב זַמְּרָה אֱלֹהֵינוּ. quia bo-
num (eſt) pſallere Deo noſtro, Pſal. 147. pro זַמֵּר. &
alia, vt Leuit.26. ſic & imperatiuo additur. vt, סַפְּרָה
narra. 2. Reg. 8. & ſimilia, pro סַפֵּר.

Imperatiuus etiam interdū cum ־ ſub ſecunda in-
uenitur. vt, פַּלַּג לְשׁוֹנָם, diuide linguam eorum, id eſt,
varias eorum ſententias, Pſal.55. & alia.

Infinitiuus etiam ſed rarò admodum ex filo ora-
tio-

tionis inuenitur similis præterito desiderato daghes נָאֵץ נִאַצְתָּ debacchando debacchari fecisti 2. Sam. 12. Aliquando etiã legitur in finit. cum Olẽ in vltima syllaba יַסֹּר castigando Psal. 118.

Quando porrò tertia radicis est ח vel ע, contrahuntur sæpe ad Euphoniam duæ syllabæ in vnam ad vitaudum ⁻ vsurpatum. vt, יְשַׂמַּח exhilarabit, Thren. 2. pro יְשַׂמֵּחַ. Eadem tibi erit de ע ratio: simile quoq; in infinit. & imperat. obseruare quandoque licet, vt, שַׁלַּח Mittere Gen. 8. pro שַׁלֵּחַ, שַׂמַּח recrea Prouerb. 27. pro שַׂמֵּחַ: sic de similibus.

Quædam denique pauca sunt verba perfecta huius coniugationis, quæ habent i quiescens post primam natiuam literam more imperfectorum, quæ dicuntur quiescentia in vaf, quæ verba quadrata appellantur: de quibus videbis in coniugatione Piel illius ordinis.

Regula.

In omni coniugatione quæ habet participio præsenti מ præpositum, literæ אֵיתָן eandẽ habebunt motionẽ quam מ participij per omnes verborum ordines, vt conspicuum est in coniugationum formula.

Excipitur tamen quinta coniugatio verborũ quorum thematis secunda est ו, vbi מ participij habet ‥, & literæ אֵיתָן ⁻. de quibus suo loco.

Coniugatio פֻּעַל.

Quarta Hebræorum coniugatio פֻּעַל vocatur, quæ daghes obtinet in secunda litera vbiquæ, vt eius actiua præcedens, à qua formatur: & habet sub פ ∴, & ע ⁻. vt, סֻפַּר numeratus est. Porrò hæc coniugatio

cum ſexta à veteribus Iudæis grammaticis appellata eſt בִּנְיָן שֶׁלֹּא־נִזְכַּר שֵׁם־פּוֹעֲלוֹ, id eſt, coniugatio quæ nō recordatur nominis ſui agentis, quaſi dicatur, eſt iſta cōiugatio paſſiua & eius verba non habēt poſt ſe more verborū paſſiuorū ablatiuum perſonæ agentis cū præpoſitione expreſſum. vt, שֻׁדַּד מוֹאָב Vaſtatus eſt Moab. Ier. 48. Vbi nulla vaſtantis expreſſa eſt mētio. יוֹחָנָן סֻפַּר Iohannes numeratus eſt: vbi etiā numerātis nulla fit expreſſa mētio. Cæterū ſunt verba huius cō-iugationis & ſextæ, ſignificationis paſſiuæ ſemper, in Niphal verò verba nonnulla, vt illic dictum eſt, ſignificationem habent neutram, ſiue reciprocam, & intranſitiuam. Videtur tamen recordari nonnunquam expreſsè hæc coniugat. nominis ſui agentis. vt, בְּחֶסֶד וֶאֱמֶת יְכֻפַּר עָוֺן, beneficentia & fide expiabitur, ſeu auferetur, iniquitas, Prouerb. 16. Vbi fides & beneficentia efficiunt, vt iniquitas deſtruatur: ne porrò quiſpiam in poſterum circa huius loci Prouerbiorum explicationē hæreat, interpretor in illa duplex eſſe agens, alterum tacitum, ſed ſatis à pio quolibet intellectum, puta deum opt. max. à quo omne datum optimū & omne donum perfectum deſcēdit Iacobi 1. & ſine quo nihil poſſumus facere Ioh. 15. alterū expreſſum ex more verborū paſſiuorū, quæ poſt ſe communiter habent expreſſum ablatiuum perſonæ à gentis cum accommoda præpoſitione. Itaque vt actio ipſa expreſſa facilius innoteſcat in illa ſentē-tia, illam hoc modo conuertemus & reſoluemus, חֶסֶד וֶאֱמֶת יְכַפֵּר אֶת־עָוֺן, id eſt, Beneficentia & fides expiabit iniquitatem pro יְכַפְּרוּ, id eſt, expiabunt, vel

vel auferent iniquitatem. Non autem mihi videtur ſatis ſufficiens ſola illa ratio, nempe quòd recipiant actionem paſſionis, id eſt, ſignificandi rationem ab alio nempe agente, qua dixerint veteres grammatici coniugationes hanc & ſextam carere participio, & imperatiuo: quin potiùs, quòd huiuſmodi, non in vſu reperiãtur in Biblijs, quæ extãt excepto Benoni in hac coniugatione rarò, vt ſuo videbimus loco.

Si namque Hebræorum authorum libri omnes extarẽt mancæ & mutilæ coniugationes, vt puto, nõ eſſent, neque tot anomaliæ & irregularitates, quot quæſo Dauidis Selomonis & aliorum illuſtrium virorum libri interciderunt! vt paſſim liquet ex libris Regum, Paralipomenon & aliunde.

Exemplum:

Præteritum		עָבָר
פָּקְרָה		פָּקַר
פָּקַרְתְּ		פָּקַרְתָּ
		פָּקַרְתִּי
		פָּקְרוּ
פְּקַרְתֶּן		פְּקַרְתֶּם
		פָּקַרְנוּ
Præſens partic.		בֵּינוֹנִי
Pluralis.		Singularis.
פָּקְרִים		פָּקֵר
	vel	פָּקֶרֶת
פָּקְרוֹת		פָּקְרָה
Infinitiuus		מָקוֹר
		פָּקוֹר
Futurum		עָתִיד

Participium hoc rarũ eſt, & differt à præterito, quod habeat in prima ſyllaba ו & ſub ſecuuda litera natiua ֶ. vt, מָה נַּעֲשֶׂה לַנַּעַר הַיּוּלָּד quid faciemus puero nato, Iudic. 13. vbi iſtud participium nomen potiùs videtur eſſe ad-

iecti-

יִפָּקֵד	תִּפָּקֵד
תִּפָּקֵד	תִּפָּקְדִי
אֶפָּקֵד	
יִפָּקְדוּ	
תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקַדְנָה
נִפָּקֵד	

iectiuum, in quo etiam obseruãdum, daghes sequi post motionem longam ו accentu non suffultam quod rarò contingit. In sexta coniugatione nusquã inuenitur participium. Imperatiuum etiã neutra habet.

Infinitiuus non inuenitur nisi rarò. vt, גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי, furando furatus sum, id est, verè furtim sublatus sum, Gen. 40. Cùm literis autem בכלם nunquam.

In futuro, literæ איתן habẽt seua, vt in actiuo פִּעֵל פ verò habet ·., & ע ־ & daghes, nisi secunda fuerit gutturalis, vel ר: tunc enim mutari debẽt ·.· & daghes in holem, per annotationem, qua diximus supra in niphal, motionẽ magnam æquiualere motioni paruæ & daghes. vt, à præterit. בֹּרַךְ benedictus est, בֹּאַר, declaratus est, dicitur in futuro יְבֹרַךְ יְבֹאַר. Cuiusmodi certè rara admodum sunt in Biblijs.

Coniugario הִפְעִיל.

Quintam coniugationem הִפְעִיל, à forma quã habet, appellant: quòd primæ thematis literæ pro cõiugationis charactere præponatur ה affectum hiric, sequente seua quiescente sub prima natiua litera, & hiric magno cũ accẽtu (exceptis nõnullis, quæ in Miclol obseruat Kimius, quæ accentũ habent in vltima vt, הִבְדִּילָה diuisit, Exod. 26. & alia inter legendum obseruãda) sub secũda. vt, הִשְׁכִּיב iacêre fecit. Eius autẽ verba propriè significant agere, altero suasore & authore. Cõplectitur tamẽ verba quædã pauca, quæ in קַל & hîc sunt aliquando intransitiua. vt, à יָבֵשׁ confusus

fuſus fuit, in הִפְעִיל dicitur, הוֹבִישׁ מוֹאָב, Cõfudit ſeſe, ſiue cõfuſus eſt Moab, Ier. 48. Sic neutra, ſiue intrãſitiua quoque quædam reperiuntur in iſta cõiugatione, quæ in vſu in Cal, nuſquã inueniuntur. הִלְבִּינוּ שָׂרִיגֶיהָ Albuerunt propagines eius Ioel. 1. Præterea etiam quædã (vſu obſeruãda) quæ in Cal nõ inueniũtur, per regulã cuius in נִפְעַל meminimus, erũt ſignificationis קַל, vt, הִשְׁלִיךְ proiecit, הִגִּיד indicauit, imperfectum verbũ, à נָגַר, quod in Cal nõ eſt in vſu. & ſimilia illis.

Occurrit etiam, ſed raro hoc præteritũ cũ ·· ſub הֶעֱבַרְתָּ, ה transſire feciſti, Ioſue 7.

† Secũda perſona ſingul. fœm. præteriti habet ſub tertia natiua litera pro ſeua – quãdo illa eſt gutturalis, vt clarior faciliorq́; ſit pronuntiatio vt, הִשְׂבַּעַתְּ, ſaturare feciſti Ezec. 27. pro הִשְׂבַּעְתְּ iuxta proportionem ipſius formulæ.

In prima & ſecunda perſona vtriuſque numeri huius præteriti, pro hiric magno ſub ſecunda thematis litera ſubſtituitur ־ motio parua ad euphoniam, ſiue ſonoritatem, ne ſeua ſequentis literæ legatur, quandoquidem ſi legeretur, fieret ex tali ſyllabarũ multiplicitate cacophonia. Quare breuitati cõſulentes, pro הִפְקִירְתָּ quadriſyllabo (ſi ſyllabam conſtituat ſeua) legunt הִפְקַרְתָּ, quod tantùm triſyllabũ eſt, eadem etiam de huiuſmodi perſonis eſt ratio in omnib⁹ ordinibus in Hiphil.

† Vſu venit aliquando, eo quòd literæ אהוי et motiones –, ·· et Iric paruũ ſunt permutabiles, vt pro ה coniugationis indice cum Iric, ſuſtituatur א cum ·· vt, אֶגְאַלְתִּי In

In vtroque participio huius coniugationis, adueniente מ indice participij, tol-

Exemplum:

Præteritum	עָבָר
הִפְקִירָה	הִפְקִיר*
† הִפְקַרְתְּ	הִפְקַרְתָּ
	† הִפְקַרְתִּי
	הִפְקִירוּ
הִפְקַרְתֶּן	הִפְקַרְתֶּם
	הִפְקַרְנוּ
Præſens partici.	בֵּינוֹנִי
Pluralis.	Singularis.
מַפְקִירִים	מַפְקִיר
	מַפְקֶרֶת*
מַפְקִירוֹת	vel מַפְקִירָה

** Reperitur huiuſmodi participij terminatio Nume. 5.*

Particip. præteri.	פָּעוּל
Pluralis.	Singularis.
מָפְקָרִים	מָפְקָר
	מָפְקֶרֶת*
מָפְקָרוֹת	vel מָפְקָרָה

** Reperitur talis terminatio, Leuitic. 6.*

k Infi-

litur de medio ה coniugationis character, vt videlicet vitetur seruiliũ literarũ multitudo, ac ex prolixa pronũtiatione cacophonia, siue sonus iniucũdus auribus. Nã pro מְהַפְקִיר, in Benoni dicitur מַפְקִיר, in Paul pro מְהֻפְקָר, dicitur מֻפְקָר, posita motione ה sublati sub מ, alioqui efferẽdo per scua. Quãdoquidem vulgatus est ille Hebræorum mos, vt si qua è medio tollatur litera, eius motionem proximè antecedens assumat, propria abiecta, vt hîc videre licet. Eadem etiam est ratio de literis איתן futuri, vbi pro יְהַפְקִיר, dicitur יַפְקִיר. similiter de alijs illius personis: Ezech. 46. tamen Paul plurale fœmin. cum מ & ה expressis videre licet, מְהֻקְצָעוֹת angulata, vel angularia (atria:) quod vt dicit D. Kimhius aliíque Hebræi, vnum est ex illis quindecim, quæ præter vocalia puncta, supersignata sunt punctis non vocalibus. Inuenitur etiã nonnunquã Paul cũ ־ׇ: sub מ vt, מָשְׁחָת, corruptus Prouerb. 25.

Regula.

Quia vnaquęquæ parua motio tẽpus vnum habet & ·· magna motio, quæ ex duplici Iric paruo constat, duo habet tempora, hiric magnum constans ex Iric paruo

Infinitiuus			הַפְקִיר †
הַפְקִיר	vel		הַפְקֵר
בְּהַפְקֵר	vel		בְּהַפְקִיר
כְּהַפְקֵר	vel		כְּהַפְקִיר
לְהַפְקֵר	vel		לְהַפְקִיר
מֵהַפְקֵר	vel		מֵהַפְקִיר
Imperatiuus			צִוּוּי
הַפְקִירִי			הַפְקֵר
הַפְקֵרְנָה			הַפְקִירוּ
* Rara admodum est hac vox.			
Futurum			עָתִיד
תַּפְקִיר			יַפְקִיר
תַּפְקִירִי			תַּפְקִיר
			אַפְקִיר
			יַפְקִירוּ
תַּפְקֵרְנָה			תַּפְקִירוּ
			נַפְקִיר

quinare feci Esa. 63. pro הִגְאַלְתִּי vbi preterea est ־ׇ pro ־ sub א secunda natiua litera contra rationẽ grãmatices, propter accentũ distinguentẽ, qui Soph pasuc appellatur, de quo suo loco dicetur.

† Inuenitur quandoque infin. et imperat. cum ־ in vltima. vt, הַרְחֵם elonga, vel elongare fac, Iob 13. et הַפְצֵר transgredi 1. Samuel 15. sic alia pauca in infinitiuo habent hiric sub ה et confundun- tur cum præterito. vt, הַמְלִיט seruare, Esaia. 31.

paruo & iod quiefcente (quod ad formã puncti Iric ferè accedit) & ·· motiones funt inter fe ita cognatæ, vt altera alterius vicem frequẽter fubeat, vnde vltima fyllaba infinitiui, imperatiui & futuri huius coniugationis, in omnibus verborum ordinibus, vt vfus authorum paffim docet, effe poteft, vel ·· , vel hiric magnum. Cæterùm perditur quandoque ה coniugationis huius index in infinitiuo etiam , ficut in participijs & futuro. vt , לַעֲבִיר אֶת־בֵּית הַמֶּלֶךְ ad traducendum domũ (domefticos) regis. 2. Samuel. 19. pro לְהַעֲבִיר. fic לַשְׁמִר ad difperdẽdũ, Efa. 23. perdito etiam י comite Iric magni, vt alia nonnulla illud perdunt, de quibus in futurũ infra, pro לְהַשְׁמִיר : fic alia multa tam in ordinibus perfectorum quàm imperfectorum verborum, perdunt ה huius coniugationis indicem literam. In infinitiuo quoque huius coniugationis ex vicaria permutatione literarum, אֶהֱוֵי fufficitur א pro ה indice coniugationis cum י otiante poft ·· in vltima, quod quidem facilè arrogans temerator codicum aliquis expũgere poffet & fic priuare antiqua orthographia & pronuntiatione lectorem, exemplum eft אַשְׁכֵּים mane furgendo Ierem. 25. pro הַשְׁכֵּם, per I longum in vltima fortaffis ante puncta inuenta lectum eft אַשְׁכִּים. Item fecunda perfona fing. mafcul. imperatiui habet ·· vt infinitiuus. Sed, fi illi addatur ה paragogica litera, pro ··, hiric magnum ex illarum duarum motionum cognatione fubftituetur. vt , הַקְשֵׁב Iob 33. Imparatiuus, cum paragoge facit, הַקְשִׁיבָה יְהוָה אֵלַי. Attende Domine ad me, Ierem. 18. & alia. Poftremò huiufmodi

ſubſtitutio ·· pro Iric magno nõ rarò futuro occurrit: legitur enim ex tali ·· & Iric magni cognatione יַכְרֵת יְהוָה כָּל־שִׂפְתֵי חֲלָקוֹת. Excindet Dominus omnia labia falſò blandiloqua, Pſal. 12. pro יַכְרִית. ſic וַיַּזְעֵק, & congregare fecit, Iudic. 4. pro וַיַּזְעִיק.

Pauca quædam denique ſunt, quæ in plurali habẽt ſub ſecunda ſeua non autem Iric magnum: in quibus cognoſcitur coniugatio ex literis futuri indicibus, quæ in iſta efferuntur per ־ propriè. vt, וַיַּדְרְכוּ אֶת־לְשׁוֹנָם. Et intenderunt linguam ſuam, Ierem. 9. pro וַיַּדְרִיכוּ. & alia, vt. 1. Samuel. 14. & 31. Perdit etiam nonnunquam hoc futurum י coniugationis indicem, & comitẽ hiric magni. vt, וְלֹא יַחֲטִא & non aberrabit, pro aberrabat, Iudic. 20. & ſimilia, pro יַחֲטִיא. Quod etiam interdum præterito accidit in tertia perſona fœm. vt, הוֹתְרָה reliquũ fecerat, Ruth. 2. pro הוֹתִירָה à יָתַר, & alia. Tum demum quando tertia radic. eſt ח aut ע, interdum breuitatis gratia retro agitur, ſiue retrofertur ־ vſurpatum in locum Iric magni, ſubſecundam natiuam literam & dicitur וַיַּצְמַח. Et germinare fecit pro וַיַּצְמִיחַ, Geneſ. 2. & תַּשְׁמַע audire facias, Iudic. 18. pro תַּשְׁמִיעַ.

Coniugatio הָפְעַל.

Sexta coniugatio actiuæ ſuperioris paſſiua, à forma, הָפְעַל nominatur: quæ habet ante primam thematis ה affectum ־ׇ:, quòd plurimùm perdit ſeua & nos hic vtroque modo expreſſimus rudibus, propter exemplarium varietatem, vt aſſueſcant illi lectioni Ateph camets, quando perdit ſeua, per illius ſecundam regulam, cuius ſupra ſuo loco iam meminimus: inter-

interdum ו habet ה, nonnunquam etiam ◌ֶ, vt liquet ex vſu & ex formis verborum imperfectorum: ſiquidem quatuor iſtæ motiones ◌ֳ, ◌ֶ, ו, & holem, permutabiles ſunt & ab Hebræis נְקוּדוֹת אֲחָיוֹת puncta ſororia, ſiue germana appellantur, quòd frequenter vnum pro alio ſubſtituatur. In ea, prima thematis habet ſeua & ſecunda ◌ַ. Significat verò pati, altero ei qui agit, ſuadente & curante. vt, הָפְקַד factus fuit viſitare. De hac ſupra etiam in פֻּעַל meminimus: duæ enim hæ coniugationes, parum, aut nihil ſignificatione variant inter ſe.

Si quando prima thematis fuerit vna gutturalium, ſub ה indice coniugationis ponetur ◌ָ, & ſub prima ◌ֳ, interiecto Methegh. vt, הָעֳמַד conſtitutus fuit. Eadẽ eſt ratio literarum futuri. vt, יָעֳמַד cõſtituetur, ſimiliter & ipſius מ Paul coniugationis Hiphil. vt, מָעֳמָד conſtitutus.

Hæc coniugatio manca eſt: habet enim duntaxat præteritum & futurum integrum. Habet etiam infinitiuum, ſed rarum admodũ, vt, הָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ ſaliẽdo nõ ſalita fuiſti, Ezechiel 16.

Exemplum.

עָבָר	Præteritum	
הָפְקַד		הָפְקְדָה
הָפְקַדְתָּ		הָפְקַדְתְּ
הָפְקַדְתִּי		
הָפְקְדוּ		
הָפְקַדְתֶּם		הָפְקַדְתֶּן
הָפְקַדְנוּ		
מָקוֹר	Inſinitiuus	
הָפְקֵד		
עָתִיד	Futurum	
יָפְקַד		תָּפְקַד
תָּפְקַד		תָּפְקְדִי
אָפְקַד		
יָפְקְדוּ		תָּפְקַדְנָה
תָּפְקְדוּ		
נָפְקַד		

qui nunquam cum literis ▭ בְּכְלַם reperitur. Obiter etiam annotato in illa Ezechielis ſententia, illam

huius coniugationis ſecundam perſonam fœmininā præteriti, videlicet הִמְלַחְתְּ habere, vt aliæ nonnullæ, ∴ ſub ה coniugationis indice, & ‒ ſub ח tertia natiua litera pro ſeua, vt clarior & facilior ſit pronunciatio. Siquidem dicendum erat ex proportione grammatica הִמְלַחְתְּ.

Coniugatio הִתְפַּעֵל vel הִתְפַּעַל.

Septima & vltima coniugatio הִתְפַּעַל, vel הִתְפַּעֵל à forma ſua appellatur, quòd habeat primæ natiuæ literæ præpoſitam ſyllabam הִתְ ſui indicem, quòd etiam ſub prima thematis habeat ‒ & ſub ſecūda ··, vel ‒ daghéſque illius complexui inſcriptum, vt in Piel. vt, הִתְקַדֵּשׁ ſeipſum ſanctificauit (dignum ſe præbuit) הִתְהַדֵּר ſeſe oſtentauit. Significant autem verba huius coniugationis actionem reciprocam & intranſitiuam, quòd in ea idem ſit agens & patiens, hoc eſt, quòd illius verba propriè ſignificent actionem, quæ extra agentem non tranſit, ſiue actionem immanentem.

Excipiuntur tamen pauca, quæ in nulla alia coniugatione in vſu reperta, ſignificationem habent coniugationis קַל, per regulā cuius ſupra in נִפְעַל meminimus. vt, הִתְפַּלֵּל orauit. 1. Reg. 8. הִתְחַנֵּן deprecatus eſt. 1. Reg. 9. & ſimilia. Si quādo porrò prima radicis fuerit vna literarum ז, ס, ש, צ, ad venuſtatem pronuntiationis, ת ſyllabæ הִתְ interſeritur primæ & ſecūdæ thematis vendicátque ſibi motionē literæ primæ radicalis, litera verò radicalis prima motionē ipſius ת, quæ eſt ſeua quieſcens (ſi motio ſit appellandum ſeua) vt, הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְשַׁמֵּר ſeipſum cuſtodiuit,

הסתבל

הִסְתַּבֵּל pro הִתְסַבֵּל ſeipſum onerauit. Cæterũ ſi prima radicis fuerit צ, vſu factum eſt, vt pro ת, ſubſtituatur ט. vt, הִצְטַדֵּק pro הִתְצַדֵּק ſeipſum iuſtificauit, ſiue excuſauit ſeſe. Inſuper ſi ז fuerit prima radicis litera, ת ſyllabæ הִת migrabit in ד. vt, הִזְדַּמֵּן pro הִתְזַמֵּן, parauit ſe. ſic הִזַּכּוּ purificate vos, Eſaiæ. 1. pro הִזְדַּכּוּ: eſt enim ד virtute in daghes literæ ז. Eſt autem iſtud cõiugationis Hitpael imperatiuus, ordinis eorum quæ habent ה pro tertia natiua litera & Cal eſt זָכָה mundauit: nam ſi eſſet imperatiuus Niphal eorũ verborũ quæ duplicant ſecundam radicalẽ literam, accentus eſſet in penultima, vt inquit D. Kimhius in Miclol. Cuiuſmodi porrò mutatio ת in ד, magis ad Caldaïſmum & magiſtros, ſiue doctores pertinet: nimirùm quum vix vllũ reperiatur in toto Hebraïſmo verbum huius cõiugationis, habẽs pro prima thematis ז. Sed ſatisfacit cõiugatio נִפְעַל, in qua huiuſmodi incipiẽtia à ז, ſi occurrant, huius ſignificationẽ redolebunt. Denique ſi prima thematis fuerit ת, abſorbebitur ת character cõiugationis per daghes in ת prima radicali litera. Idq; fit, ne ter, in futuro præſertim, eadẽ ſcribatur litera & fiat cacophonia. vt, עִם־גְּבַר תָּמִים תִּתַּמָּם. cum viro integro integrum te exhibebis. i. exhibere ſoles (Domine Deus,) Pſal. 18. vbi dicitur תִּתַּמָּם pro תִּתְתַּמָּם. ſic quãdo prima eſt ט, abſorbetur per daghes ת cõiugetionis, vt, יִטַּמָּא pro יִתְטַמָּא polluet ſe, Leu. 21. vel ד. vt, מִדַּבֵּר Num. 7. pro מִתְדַּבֵּר colloquens. אֶעֱלֶה עַל־בָּמֳתֵי עָב אֶדַּמֶּה לְעֶלְיוֹן aſcendam ſuper altitudines nubium (&) aſſimilabo me altiſſimo, id eſt, æqualis ero, Eſa. 14. vbi, אֶדַּמֶּה pro אֶתְדַּמֶּה dicitur. & ſimilia.

In

In hac coniugatione, si secunda, quæ alioqui semper daghes inscriptum habere debet, nõ fuerit capax illius, reijcietur daghes sub primam & ex ־ & daghes fiet ־ָ, vt dictum est in coniugatione פִּעֵל, in annotatione in Benoni, in infinit. imperat. & futurũ. vt, הִתְפָּאֵר, glorificauit se (gloriatus est) הִתְבָּרֵךְ benedixit sibi. Non autẽ dicẽdũ הִתְבַּרֵךְ, הִתְפַּאֵר. & sic de alijs. Excipiuntur ח ,ע ,ה & ר, nam quando illæ literæ sunt secũdæ radicales etiam in Piel, nullum plurimùm remittunt daghes ad præcedentem literam, sed perit illud omnino. vt, לֹא הִטַּהַרְנוּ nõ purificati sumus, Iosu. 22. pro הִתְטַהַרְנוּ, in quo etiã, eo quòd habeat primã natiuam literam ט, perditur ת coniugationis suppleturq; per daghes in ipso ט ex more, cum ת vt, וַיְמָאֵן לְהִתְנַחֵם, & renuit seipsum consolari, Gen. 37. pro לְהִתְנַחֵם. cum ע. vt, הִתְנַעֲרִי מֵעָפָר, excute te à puluere

Exemplum:

Præteritum עָבָר

הִתְפַּקֵּר vel הִתְפַּקְּדָה

הִתְפַּקַּד†

הִתְפַּקַּדְתָּ הִתְפַּקַּדְתְּ

הִתְפַּקַּדְתִּי

הִתְפַּקְּדוּ

הִתְפַּקַּדְתֶּם הִתְפַּקַּדְתֶּן

הִתְפַּקַּדְנוּ

† Sicut in cõiugatione Hiphil, ה ista coniugatione mutatur in א et ־ֵ pro Iric paruo sub illo substituitur אֶתְחַבַּר Iũxit se 2. Paralip. 20. pro הִתְחַבֵּר.

Præsens partic. בֵּינוֹנִי

Pluralis. Singularis.

מִתְפַּקְּדִים מִתְפַּקֵּד

מִתְפַּקֶּדֶת* vel מִתְפַּקְּדוֹת

מִתְפַּקְּדָה

* Reperitur talis participij terminatio, Ruth. 1. & Cantici canticorum 8.

Infinitiuus מָקוֹר

הִתְפַּקֵּד vel הִתְפַּקֵּד

בְּהִתְפַּקֵּד vel בְּהִתְפַּקֵּד

כְּהִתְפַּקֵּד vel כְּהִתְפַּקֵּד

לְהִתְפַּקֵּד vel לְהִתְפַּקֵּד

מֵהִתְפַּקֵּד vel מֵהִתְפַּקֵּד

Imperatiuus צִוּוּי

הִתְפַּקֵּד vel הִתְפַּקְּדִי

הִתְפַּקַּד

הִתְפַּקְּדוּ הִתְפַּקֵּדְנָה

Futurum עָתִיד

יִתְפַּקֵּד vel תִּתְפַּקֵּד

יִתְפַּקַּד vel תִּתְפַּקַּד

puluere Esa. 52. pro הִתְנַעֲרִי. & alia postremò sunt, quæ quanuis habeant secundam literam natiuam ipsius daghes capacem, perdunt illud omnino. vt, נִיִּתְיַלְדוּ עַל־מִשְׁפְּחֹתָם & professi sunt natales suos per familias suas, Num. 1. pro וַיִּתְיַלְּדוּ. & nonnulla alia.

תִּתְפַּקֵּר vel תִּתְפַּקְּרִי
תִּתְפַּקֵּר
אֶתְפַּקֵּר vel
אֶתְפַּקֵּר
יִתְפַּקְּרוּ תִּתְפַּקֵּרְנָה vel
תִּתְפַּקְּרוּ תִּתְפַּקֵּרְנָה
נִתְפַּקֵּר vel
נִתְפַּקֵּר

Rarissimè etiam nonnullis accidit defectus ת coniugationis in præterito & ponitur daghes in prima natiua litera in supplementũ ipsius ת, vt. וְהִנֶּחָמְתִּי Et consolatus sum (pro consolationem capiam) Ezechiel. 5. pro iuxta veram analogiam וְהִתְנַחַמְתִּי.

In Benoni (non enim habet hæc coniugatio פָּעֻל, eo quòd illud recipiat actionem ab alio & sic passiuè significet) & futuro huius coiugationi fit syncopa ה syllabæ הִתְ formatiuæ coniugationis, eadem ratione, qua supra in הִפְעִיל diximus.

Infinitiuus sine literis בכלם, & imperatiuus, sunt similia tertiæ personæ mascul. singulari præteriti. Quare cùm huiusmodi voces ambiguæ tibi in Biblijs occurrent, sunt diligenter consideratis antecedentibus & consequentibus, pro sensus commoditate considerato filo orationis, vertendæ, vel in sensum præteriti, vel infinitiui, vel imperatiui.

Hoc futurum (rarò tamen) aliquando secundam habet insignitam —. vt, אַל־תִּתְהַדַּר לִפְנֵי־מֶלֶךְ Non ostẽtabis te coram rege, Prouerb. 25. sic וַיִּתְאַפַּק הָמָן, &

dissimulauit Aman, Ester 5. & similia. Te porrò latere non debet quædam inueniri verba partim notata secũdum Niphal & Hithpael, partim verò secundum Hophal & Hithpael. vt, וְנִכַּפֵּר Et fiet auferre se Deut. 21. pro וְנִתְכַּפֵּר, לֹא הָתְפָּקְדוּ Non numerati fuerunt, Vel redde, vt redoleat vtriusque coniugationis significationem, Leuitæ per tribum patrum suorum non, הָתְפָּקְדוּ facti, siue impulsi fuerunt numerari neq; numerauerunt seipsos. Num. 1. sic הֻדַּשְּׁנָה pinguefactus est, Vel factus est impingari ac pinguefecit seipsum. Esa. 34. pro הִתְדַּשְּׁנָה: daghes etiam coniugationis Hithpael character, cuius secũda capax in eis est, sicut paulò ante dictum est de nonnullis alijs, adhuc desideratur in duobus istis: legitur etiam הִכַּבֵּס. Mundus factus est ac mundauit sese, & est in vsu in infinitiuo Leuit. 13. pro הִתְכַּבֵּס, daghes verò inest secundæ natiuæ literę more Hithpaelis, participat cum coniug. ophal etiã, vt docet ה cum ⸱⸱, ת coniugationis desiderato & daghes in supplementum illius impresso literæ primæ natiuæ כ. Alia etiam ex alijs coniugationibus, ac ex imperfectis ordinibus cum Hithpael composita reperiũtur verba, vt sępe Kimhius in Miclol & lib. radicum te admonet.

In commentarijs Heb. quoque frequenter huiusmodi compositionem ex licentia quadam videbis & præsertim secundum Niphal & Hithpael. Vnum futurum denique superest annotare, in quo prima radicalis translata est in locum secundæ desiderato ת coniugationis. vt, עִם־עִקֵּשׁ תִּתַּפָּל cum peruerso peruersum te præbebis 2. Samuelis 22. Status enim dictio-

ctionis absolutus est תִּתְפַּקֵּל. Talis in nominibus quoque nonnullis aliquando fit literarum transpositio, vt dicamus כֶּבֶשׂ, & כֶּשֶׂב pro agno, שִׂמְלָה & שַׂלְמָה pro pallio.

Absolutis iam quæcunque imprimis necessaria de verbis perfectis dicenda videbantur, accingam me nunc quàm breuissimè, ad imperfectorum verborum classes declarandas: quibus nihil facilius est, ei qui diligenter se exercuerit in perfectorũ verborum coniugationibus.

Discrimen inter themata perfecta & imperfecta est, quòd perfecta themata, (vt supra dictum est) tribus tantummodo constent natiuis, siue substantialibus literis semper expressis & consonantibus, Imperfecta verò aliquando suppressam habeant vnam, vel duas radicales, siue natiuas literas, relictis tamen vestigijs & notis, quibus facilè detractam & desideratam literam cognoscamus. Quandoquidem alia pro detractæ literæ natiuæ signo habent daghes, in supplementum illius sublatæ de medio, & dicuntur defectiua. Alia verò motionem magnam habent, in qua latet & potentia continetur litera aliqua radicalis, siue natiua אהוי: quæ tamen nonnunquam expressa, motione vocali destituta desinit esse consonans & nihil soni emittit & dicuntur huiusmodi verba quiescentia. Quæ omnia, subsequentibus ordinum verborũ exemplis valde dilucida & plana fient.

Nunc primùm itaq; aggrediamur verba illa, quorum prima radicis litera, quæ est נ, aliquando deficiens,

ciens à ſcriptura, ſuppletur per daghes inſcriptum meditulio ſecundæ & dicuntur defectiua פָּא נוּן: obiter annotando, quæ ſequitur, regulam commendãdam memoriæ.

Regula.

Daghes propriè non ſequentis, ſed mox præcedentis literæ defectum indicat.

In hac verborum claſſe, in coniugatione Cal, Præteritum & vtrunque participium ſemper conueniunt cum perfectis verbis, quòd habeant tres natiuas literas ſemper expreſſas & conſonantes. Infinitiuus, imperatiuus, & futurum etiam nonnunquam perfectè veniunt. vt, נָפוֹל תִּפּוֹל, cadendo cades, id eſt, certè corrues, Eſter 6. נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע, cuſtodi linguam tuam à malo, Pſal. 34. וּמִצְוֹתָיו יִנְצֹרוּ, & præcepta illius cuſtodient, Pſal. 78. præſertim autem perfecta ſunt verba huius coniugationis in infinit. imperat. & futuro, vbi ſecunda thematis fuerit gutturalis, cui quidem, daghes defectum נ primæ literæ ſup-

Coniugatio		קַל
Exemplum.		
Præteritum		עָבָר
	נָגְשָׁה	נָגַשׁ
	נָגַשְׁתְּ	נָגַשְׁתָּ
		נָגַשְׁתִּי
		נָגְשׁוּ
	נְגַשְׁתֶּן	נְגַשְׁתֶּם
		נָגַשְׁנוּ
Præſens partici.		בֵּינוֹנִי
	Plural.	Singul.
	נוֹגְשִׁים	נוֹגֵשׁ
		נוֹגֶשֶׁת vel
	נוֹגְשׁוֹת	נוֹגְשָׁה
Particip. præteri.		פָּעֻל
	Plural.	Singul.
	נְגוּשִׁים	נָגוּשׁ *
	נְגוּשׁוֹת	נְגוּשָׁה
Infinitiuus		מָקוֹר
		גֶּשֶׁת
		בְּגֶשֶׁת
		כְּגֶשֶׁת
		לָגֶשֶׁת
		plens

* Participiũ præteritum ſi reperiatur in vſu, rarũ eſt.

מִגֶּשֶׁת
צִוּוּי Imperatiuus
גַּשׁ, vel גּוֹשׁ, vel גֵּשׁ. גְּשִׁי. vel.
גְּשׁוּ vel גְּשִׁי
גּוֹשׁוּ
גַּשְׁנָה vel גּוֹשְׁנָה
*Reperitur hæc terminatio Ruthæ. 2.

עָתִיד Futurum
יִגּוֹשׁ vel תִּגּוֹשׁ vel
יִגַּשׁ תִּגַּשׁ
תִּגּוֹשׁ vel תִּגּוֹשִׁי vel
תִּגַּשׁ תִּגְּשִׁי
אֶגּוֹשׁ
אֶגַּשׁ vel
יִגְּשׁוּ vel תִּגּוֹשְׁנָה
תִּגְּשׁוּ תִּגַּשְׁנָה
נִגּוֹשׁ vel
נִגַּשׁ

plens inſcribi minimè poteſt. vt, לֹא תִנְאָף. Non illicitè rem habebis, Exod. 20. וְלֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם & panis abſconſionum (clandeſtinus) dulceſcet (iucundus eſt.) Prouerb. 9. הֲיִנְהַק פֶּרֶא עֲלֵי־דֶשֶׁא num rudet onager iuxta herbam, Iob 6. Excipiũtur tamen pauca ſecundam habẽtia gutturalem, in quibus deſideratur נ prima natiua litera & daghes, alioqui ſecundæ inſcribendum, in ſupplementum ipſius נ, reiicitur ſub literas איתן vnde pro hiric illę habẽt ··, vt, מִי־יֵחַת עָלֵינוּ quis deſcendet contra nos? Ieremiæ. 21. pro יִנְחַת, ſi perfectum eſſet. Adducitur tamen in controuerſiam futurum וַתֵּהֹם כָּל־הָעִיר עֲלֵיהֶן, & ſtrepuit tota ciuitas propter illas, Ruth. 1. Nam וַתֵּהֹם pro וַתִּנְהֹם iuxta formam perfectam ſecundum Eliam dicitur: ſecundum Kimhium verò in libro Radicum & poſt illum alios grammaticos, hoc verbum eſt à הִים, quieſcens in עַיִן, non autem à נָהַם, à cuius opinione non certè temerè recedendum eſſe puto, nimirum cum terminatio in holem, in quod eſt deſinit futurũ actiuum verborum huius coniugationis, indicet potiùs eſſe claſſis quieſcentium, quàm defectiuorum: potuerítque

·· pro ֶ ſubſtitutum eſſe, ſicuti ſæpe fit.

Infinitiuus quando נ primam thematis perdit, ſuſcipit ת in fine aduentitium vt hîc conſpicuũ eſt. Habet etiã duplex ַ quãdo tertia eſt gutturalis, pro duplici ֶ ad vocalitatẽ videlicet. vt, עֵת לָטַעַת, tempus ad plantandum, Eccleſiaſt.3. à נָטַע, plantauit. & alia.

Cæterùm quòd ל vna ex literis בְּכָלֵם pro ſeua habeat ֶ, fit quòd præponatur dictioni habenti accentum in penultima: omnis enim dictio ſex punctorum, id eſt, inſignita ֶ ֶ, ſemper accentum habet in penultima. Similis etiam eſt ſæpenumero illius ratio, cùm dictioni monoſyllabæ præponitur. Quod etiam literis ב & כ aliquando competit.

Imperatiuus ſi perdat נ radicis primam, nihil pro illius defectus indice habet. Quare in huiuſmodi opus eſt & vſu & cognitione thematum: ſiquidem daghes quod in exemplo inſcribitur, non ratione defectus ſupplendi poſitum eſt, ſed ratione literarum בְּגַד כְּפַת, quarum natura eſt, vt daghes lene habeant in principio dictionis. Quandoquidem daghes forte, in huiuſmodi verbis defectum literæ primæ natiuæ ſupplens, nunquam inſcribi poteſt gremio literæ primæ ſyllabæ.

Futurum ex frequentiori vſu, quando deſideratur נ prima litera thematis, in ſecunda litera in ſupplemẽtum ipſius primæ recipit daghes (quia præcedunt literæ אֵיתָן. conſtituentes ſyllabam primam & ſic docentes daghes illud eſſe forte) in eo enim abſorbetur נ litera prima, alioqui, ſi exprimeretur, ex proportione perfectorum afficiẽda ſeua: ſic יִגַּשׁ אֶגַּשׁ vel יִנְגֹּשׁ.

vel

vel אִנְגַּשׁ. Paucissima tamen sunt, quæ omnino propter illorum frequentem vsum nullo inscripto daghes secundæ, perdunt, primam radicis in futuro. vt, וַיִּסְעוּ מִיַּם־סוּף, & profecti sunt à mari carectoso, Num. 33. vbi וַיִּסְעוּ, vel וַיִּנְסְעוּ legendū erat. Habet etiam aliquando hoc futurum more perfectorum in vltima syllaba ו. vt, יִבּוֹל decidet, Psal.1. à נָבֵל. sic וַיִּפֹּל הַגּוֹרָל עַל־יוֹנָה & cecidit sors super Ionam. Ionæ 1. & alia multa.

In plurali quoque Olem ipsum in accētu non distinguente conspicitur, sed rarò admodum. vt, יִדֹּדוּן fugient pro fugerunt Psal.68. pro יִדְּדוּ iuxta grammaticam analogiam, quoniam ן paragogicum est.

In hoc præterito & participio, vbique desideratur נ prima thematis, in supplementum cuius ponitur daghes in secunda. Nā נ quod apparet passiuæ cōiugationis index litera est. In quibusdam tamen, quòd habeant secundam gutturalem, perditur omnino daghes, quod saltem remitti oportebat ad literam נ, quæ propterea affici deberet ··. vt, וְנִחַם & pœnitentia ducetur, siue reuocabit sententiam, Ionæ 3. pro וְנִנְחַם, si נ radicale exprimeretur, vel

Coniugatio נִפְעַל

Exemplum:

Præteritum. עָבָר

נִגְּשָׁה	נִגַּשׁ
נִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתָּ
	נִגַּשְׁתִּי
	נִגְּשׁוּ
נִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּם
	נִגַּשְׁנוּ

Præsens partici. בֵּינוֹנִי

Pluralis.	Singularis.
נִגָּשִׁים	נִגָּשׁ
	נִגֶּשֶׁת *
	vel
נִגָּשׁוֹת	נִגָּשָׁה

* *Reperitur talis participij terminatio, Ierem.7. et aliàs.*

ונחם

וְנֵחָם, ſi remitteretur daghes, alioqui imprimendum ipſi ה, ſub נ coniugationis notam & notaretur per ··. Idem cenſebitur de verbo, נִחֲתוּ Infixę ſunt Pſal. 38. nam integrè dicendum erat נִנְחֲתוּ, vel relegato daghes ſub נ coniugationis, נֵחֲתוּ. Daghes tamē vbique in hoc præterito & præterito coniugationis ſequentis, eſt in eadem litera, ſed (vt illic videbimus) diuerſa ratione.

Infinitiuus		מְקוֹר
		הִנָּגֵשׁ
		בְּהִנָּגֵשׁ
		כְּהִנָּגֵשׁ
		לְהִנָּגֵשׁ
		מֵהִנָּגֵשׁ
Imperatiuus		צִוּוּי
	הִנָּגְשִׁי	הִנָּגֵשׁ
	הִנָּגַשְׁנָה	הִנָּגְשׁוּ
Futurum		עָתִיד
	תִּנָּגֵשׁ	יִנָּגֵשׁ
	תִּנָּגְשִׁי	תִּנָּגֵשׁ
		אִנָּגֵשׁ
	תִּנָּגַשְׁנָה	יִנָּגְשׁוּ
		תִּנָּגְשׁוּ
		נִנָּגֵשׁ

Inuenitur etiam Benoni plurale maſcu. cum Olem in penultima נִמֹּלִים circūciſi Geneſ. 34. pro נִמָּלִים iuxta formulam coniugationis.

Rariſsimè autem inuenitur in præteritò in vltima ſyllaba Olem. vt, נִמֹּל אַבְרָהָם circunciſus eſt Abrahamus Geneſ. 17. ſic ibidem in plurali legitur נִמֹּלוּ circunciſi ſunt, pro ſecundum formulam נִמַּל & נִמָּלוּ.

Infinitiuus, imperatiuus & futurum, vbique perfecta ſunt: nam daghes quod vbique vides in נ, non ſupplet defectum נ primæ thematis, ſed נ paſſiuæ vocis characteriſticæ, eadem ratione qua in verbis perfectis: quum, vt iam dictum eſt in Cal, ipſius daghes verum officium ſit, mox præcedentis, & non ſequentis literæ defectum indicare.

Pau-

Paucisſima tamen quædam ſunt, quæ in infinitiuo habẽt נ radicale ſuppreſſum & daghes in ſecunda radicis in ſupplementum illius habéntque in vltima ſyllaba Olem ſicut nonnulla pauca in præterito, vt paulò ante dictum eſt. vt, נִגּוֹף נִגָּף cædendo cæditur, Iudic. 20. pro הִנָּגֵף iuxta formulæ proportionem.

Hæc coniugatio cũ ſua paſſiua vbique ſemper perfecta eſt, nimirũ quòd daghes inſcriptum ſecundæ literæ, character ſit coniugationis & quòd duo, cõiugationem videlicet & defectũ minimè indicare poſſit daghes, nec duplex daghes vni literæ inſcribi.

Quanuis porrò hoc præteritum omnino ſimile ſit prȩterito cõiugationis נִפְעַל tamen diuerſa eſt ratio: nam illic daghes defectum נ primæ natiuæ literæ deperditæ supplet, hîc verò cõiugationem indicat. Idcirco (quod animaduertendũ diligẽter) quãdo huiuſmodi dictiones literis & pũctis ſimiles occurrent, conſideratis diligẽter antecedentibus & conſequentibus , ex orationis

Coniugatio	פִּעֵל
Exemplum:	
Præteritum	עָבָר
נִגְּשָׁה	נִגֵּשׁ
נִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתָּ
	נִגַּשְׁתִּי
	נִגְּשׁוּ
נִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּם
	נִגַּשְׁנוּ
Præſens partici.	בֵּינוֹנִי
Plural.	Singul.
מְנַגְּשִׁים	מְנַגֵּשׁ
	מְנַגֶּשֶׁת
vel מְנַגְּשׁוֹת	מְנַגְּשָׁה
Particip. præteri.	פָּעוּל
Plural.	Singul.
מְנֻגָּשִׁים	מְנֻגָּשׁ
מְנֻגָּשׁוֹת	מְנֻגָּשָׁה
Infinitiuus	מָקוֹר
	נַגֵּשׁ
	בְּנַגֵּשׁ
	כְּנַגֵּשׁ
	לְנַגֵּשׁ
	מִנַּגֵּשׁ

m filo

filo vertendæ erũt pro ſenſus commoditate, actiuè vel paſſiuè. vt נִכַּר אוֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי tradidit illum Deus in manum meam. 1. Samuel. 23. vbi certè ex orationis cõtextu actiuè vertenda venit hæc dictio נִכַּר, ſic וְכֹל מִזְרַע יְאוֹר יִבַשׁ נִדַּף וְאֵינֶנּוּ & omne ſemen riuuli (omne quod ſeminatum fuerit ad riuos) areſcet, propulſatum eſt, (propulſabitur) vt non ſit, Eſa 19. vbi vides ex ipſo ſenſu נִדַּף paſſiuè neceſſariò verti debere. & ſimilia.

צִוּוּי	Imperatiuus
הִנָּגֵשׁ	הִנָּגְשִׁי
הִנָּגְשׁוּ	הִנָּגַשְׁנָה
עָתִיד	Futurum
יִנָּגֵשׁ	תִּנָּגֵשׁ
תִּנָּגֵשׁ	תִּנָּגְשִׁי
אֶנָּגֵשׁ	
יִנָּגְשׁוּ	תִּנָּגַשְׁנָה
תִּנָּגְשׁוּ	
נִנָּגֵשׁ	

Coniugatio פֻּעַל ſubſequi debet, quæ ideo hîc omittitur, quòd omnino imitetur perfectam coniugationem.

Defectiua eſt vbiq; hæc coniugatio cum ſua paſſiua, quòd duntaxat duas habeat radicales expreſſas literas: nam נ quod ſic afficiendum הִנְגִישׁ ſi coniugaretur perfectè, abſorbetur per daghes inſcriptum ſecundæ natiuæ literæ. Si tamen ſecunda thematis non capax fuerit puncti daghes, coniugabũtur huiuſmodi iuxta formã perfectam. vt, הִנְחִיל hæ-

Coniugatio הִפְעִיל.

Exemplum:

עָבָר	Præteritum
הִגִּישׁ	הִגִּישָׁה
הִגַּשְׁתָּ	הִגַּשְׁתְּ
הִגַּשְׁתִּי	
הִגִּישׁוּ	
הִגַּשְׁתֶּם	הִגַּשְׁתֶּן
הִגַּשְׁנוּ	
בֵּינוֹנִי	Præſens partici.
Singularis.	Pluralis.
מַגִּישׁ	מַגִּישִׁים
מַגִּישָׁה	מַגִּישׁוֹת

reditare fecit, (in hæreditatem dedit.)

Infinitiuus vnus legitur, in quo, quanuis secundam natiua litera sit capax ad recipiendum daghes, non desideratur נ prima natiua litera, sed ה huius coniugationis index & י comes Iric magni in vltima vt, לִנְפֹּל ad faciendum cadere Num. 5. pro לְהַפִּיל. Cum ־ in vltima syllaba aliquando, inuenitur futurum huius coniugationis *cognoscetúrque cōiugatio in huiusmodi ex ־, quo insigniũtur literæ איתן futuri indices, וַיַּגֵּשׁ Et accedere fecit .i. obtulit. Iudicum 6. Talis porrò forma

Particip. præterit. פָּעוּל	
Pluralis.	Singularis.
מֻגָּשִׁים	מֻגָּשׁ
מֻגָּשׁוֹת	מֻגָּשָׁה
Infinitiuus.	מָקוֹר
	הַגֵּשׁ
	בְּהַגִּישׁ
	כְּהַגִּישׁ
	לְהַגִּישׁ
	מֵהַגִּישׁ
Imperatiuus	צִוּוּי
הַגִּישִׁי	הַגֵּשׁ
הַגֵּשְׁנָה	הַגִּישׁוּ
Futurum	עָתִיד
תַּגִּישׁ	יַגִּישׁ
תַּגִּישִׁי	תַּגִּישׁ
	אַגִּישׁ *
	יַגִּישׁוּ
vel תַּגֵּשְׁנָה תַּגֵּשְׁנָה	תַּגִּישׁוּ
	נַגִּישׁ

* *Hic quia post seua mobile minimè sequi potest daghes, ex ־: sub א factum est ־ cùm nihil aliud sit ־: quam seua compositum. sic sub reliquis ex seua ־ fit eadem ratione.*

potissimùm in vsu est, in illis quæ tertiam habẽt gutturalem presertim, ע aut ח, וַיַּסַּע & proficisci fecit. Exod. 15. pro. וַיַּסִּיעַ, וַיַּדַּח, & commouere fecit, vel & labi fecit 2. Paralip. 21. pro וַיַּדִּיחַ. Sunt quoque nonnulla, quæ habent ־ motionem longam loco ־ & daghes supplentis defectum נ primæ natiuæ literæ, וַיָּזֶד & coxit Genes. 25. pro וַיַּזֵּד, ֶ autem in vltima syllaba est pro hiric magno positum propter י conuertens futurum in præteritum, propter quod accentus retratus est ab vltima in penultimam, & ob id sylla-

ba longa in breuem conuersa est, vt sæpe aliàs diximus, iuxta proportionem archetypi coniugationis porrò dicendum erat וַיִּוָּר.

Sequens coniugatio, vt eius actiua superior, vbique imperfecta est & Heroclita per defectum נ primæ thematis.

הָפְעַל	Coniugatio	מָקוֹר.	Infinitiuus
	Exemplum:	הָגַּשׁ	
עָבָר	Præteritum	עָתִיד	Futurum
הָגַּשׁ	הָגְּשָׁה	יָגַּשׁ	תָּגַּשׁ
הָגַּשְׁתָּ	הָגַּשְׁתְּ	תָּגַּשׁ	תָּגְּשִׁי
הָגַּשְׁתִּי		אָגַּשׁ	
הָגְּשׁוּ		יָגְּשׁוּ	תָּגַּשְׁנָה
הָגַּשְׁתֶּם	הָגַּשְׁתֶּן	תָּגְּשׁוּ	
הָגַּשְׁנוּ		נָגַּשׁ	

Coniugatio הִתְפָּעֵל.

	Exemplum:	הִתְנַגַּשְׁתָּ	הִתְנַגַּשְׁתְּ
עָבָר	Præteritum	הִתְנַגַּשְׁתִּי	
הִתְנַגֵּשׁ	הִתְנַגְּשָׁה	הִתְנַגְּשׁוּ	

Cætera ad perfectorũ proportionem expendito.

Huius ordinis verba quòd sequantur normam præcedentiũ defectiuorum פֵּא נון, dicuntur defectiua פֵּא יוד & habent pro secunda natiua litera צ, quorum, quoniam pauca sunt, impræsentia maiorem partẽ subiiciã.

פֵּא יוד	Defectiua	
קַל	Coniugatio	
	Exemplum:	
עָבָר	Præteritum	
יָצַב	יָצְבָה	
יָצַבְתָּ	יָצַבְתְּ	
יָצַבְתִּי		
בֵּינוֹנִי	Præsens partici.	
Singul.	Pluralis.	
יוֹצֵב	יוֹצְבִים	

Sunt

Sunt autẽ, יָצַב ſtetit יָצַג poſuit, יָצַע ſtrauit, יָצַק fudit, יָצַר formauit, יָצַת combuſſit. Duo præterea obiter memoriæ commẽdanda ſunt. vt, יָנַח poſuit, יָקַף circũdedit. Quæ quanuis non habeant pro ſecunda thematis צ, perdũt י eadem ratione qua illa quę hẽt צ, & illorum alterũ in coniugationibus Hiphil & Hophal, alterum verò in Hiphil duntaxat in vſu inuenitur.

Particip. præterit. פָּעוּל

Plural.	Singul.
יְצוּבִים	יָצוּב

Infinitiuus	מָקוֹר
	צֶבֶת
Imperatiuns	צְווּי
צְבִי	צֵב
Futurum	עָתִיד
תֵּצֵב	יֵצֵב
תֵּצְבִי	תֵּצֵב
	אֵצֵב

Breuitati conſulens & perſonas & coniugationes reliquas omiſi, quòd hæc verba vbique per omnes coniugationes omnino ſimilia ſint verbo נָגַשׁ, ſequendo eius proportionẽ. Siquidẽ eadem ratione, regula & locis eiſdẽ qui bus illic excidit נ prima thematis, ſimiliter & י eadẽ in iſto ordine.

Cæterùm verbum יָצָא, egreſſus eſt, inuenitur in præterito deſiderato א, quod virtute continetur in ָ literæ צ, vt יָצָתִי egreſſus ſum Iob. 1. pro יָצָאתִי & in Benoni fœminino יוֹצֵת pro יוֹצֵאת Deut. 28. excipitur illud præterea à regula ſuperiorum verborum quippe quòd in eo quanuis habeat צ pro ſecunda natiua litera, non daghes defectũ י indicet, ſed adſit motio lõga ּּ, in qua latere & energia cõtineri illud ſolet. Vnde qua ſpectat ad י, claſſis eſt quieſcentiũ, & nõ defectiuorum, quia dicimus in futuro יֵצֵא egredietur, vbi latet י in ּּ, literæ futuri formatiuę.

Sunt quoque duo themata, לָתַע aulſit & לָקַח accepit, quorum prima litera eſt ל, quæ referenda ſunt in numerum defectiuorũ פא: deficit enim quandoq;

in eis ל litera prima, vt in infinitiuo לָקַחַת dicitur, מֵאֲנוּ קַחַת מוּסָר noluerunt recipere disciplinam, Ierem. 5. & in * imperatiuo. vt, קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ אֲשֶׁר־אָהַבְתָּ אֶת־יִצְחָק tolle nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexisti (diligis) Isaac Genes. 22. In futuro ponitur daghes in ק in supplementū thematis primæ. vt, וַיִּקַּח אֶת־הַמַּאֲכֶלֶת לִשְׁחֹט אֶת־בְּנוֹ & apprehendit cultrum ad mactandum filium suum, Genes. 22. vbi וַיִּקַּח pro וַיִּלְקַח legitur.

Quandoq́, imperatiuus huius verbi integer hoc modo reperitur לְקַח et לְקוֹחַ accipe, Deut. 31. et Exod. 29. et alias. sic in fæmi. לִקְחִי cape. 1. Re. 17.

Propter frequentem vsum huius verbi sæpenumero abijcitur etiam daghes secundæ literæ. vt, וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ פָרָה אֲדֻמָּה & adducēt ad te vaccā rufam, Num. 19. pro וְיִקְּחוּ, sic וְאֶקְחָה פַת־לֶחֶם & accipiam frustum panis Gen. 18. pro וְאֶקְּחָה, &c. A לָתַע auulsit, dicitur in Niphal. נִתָּעוּ Auulsi sunt Iob. 4. pro נִלְתְּעוּ vel נִלְתָּעוּ nisi esset in accentu distinguente. Cæterùm de defectiuis in tertia natiua litera dicetur infra post verba quæ dicuntur quiescentia Lamed He.

Præterquàm aliquando in infinitiuo & futuro primæ cōiugationis, hæc verborum classis vbique per omnes coniugationes habēs א expressum & mobile perfecta est. Consultò tamen quanuis perfecta sint hæc verba singularum expressimus coniugationum exemplum, vt videlicet assuescant rudiores motionū muta-

Quiescentia	פא אלף
Coniugatio	קל
Exemplum:	
Præteritum	עָבָר
אָכְלָה	אָכַל
אָכַלְתְּ	אָכַלְתָּ
	אָכַלְתִּי
	אָכְלוּ
אֲכַלְתֶּן	אֲכַלְתֶּם
	אָכַלְנוּ
Præsens partici.	בֵּינוֹנִי
Pluralis. Singularis.	

mutationibus, quæ ob literas gutturales fiunt. Nam eadem eſt ratio aliarũ omnium gutturalium quando ſunt primæ natiuæ litera verborum, quæ & hîc literæ א.

Quieſcere porrò dicitur litera, quæ ſub intelligitur in motione longa, vel quæ quamuis expreſſa motione vocali deſtituta, deſinit eſſe conſonans & fit ocioſa: quod ad ſolas literas אהוי, pertinet.

Aliquando in hoc infinitiuo quieſcit א, facta cõtractione duarum ſyllabarum in vnam, ſi ſyllabam conficiat ſeua ſimplex, vel compoſitum. Dicimus enim לֵאמֹר Zach. 1. vbi א eſt ocioſa, quieſcens in motione magna ··, pro לֶאֱמֹר.

אוֹכֵל	אוֹכְלִים
אוֹכֶלֶת	
אוֹכְלָה	vel אוֹכְלוֹת
פָּעוּל	Particip. præteri.
Singularis.	Pluralis.
אָכוּל	אֲכוּלִים
אֲכוּלָה	אֲכוּלוֹת
מָקוֹר	Infinitiuus
אָכוֹל	
בֶּאֱכוֹל	
כֶּאֱכוֹל	
לֶאֱכוֹל	
מֵאֱכוֹל	
צִוּוּי	Imperatiuus
אֱכוֹל	אִכְלִי
אִכְלוּ	אֱכוֹלְנָה
עָתִיד	Futurum
יֹאכַל	תֹּאכַל
תֹּאכַל	תֹּאכְלִי
אֹכַל	
יֹאכְלוּ	תֹּאכַלְנָה
תֹּאכְלוּ	
נֹאכַל	

Memineris autẽ hîc obiter regulæ, qua dictum eſt ſupra, literas præcedentes gutturales affici motione cognata motioni literæ gutturalis (ſi motiones ſemipuncta vocare liceat.) Quandoquidem hoc verbũ per omnes coniugationes præſertim propoſui & in medium attuli, vt regulę illius vſum verum videas.

In hoc futuro א prima thematis expressa quiescit in holem motione literarum אֵיתָן, in omnibus personis, præter quàm potissimùm in prima singulari, vbi latet & mente concipitur in holem adueniente altero א indice primæ personæ singularis futuri : ídque, ne fiat concursus duarum literarum similium: dicendum enim alioqui esset אאכַל pro אֹכַל, comedam.

Inuenitur quoque sed rarò א non scriptum, etiam delitescere in holem motione longa, in secunda persona singularis. vt, בְּנִי אִם־יְפַתּוּךָ חַטָּאִים אַל־תֹּבֵא Fili mi, si adulati fuerint tibi peccatores, non consenties, Prouerb. 1. vbi תֹּבֵא pro תֹּאבֶה, latente prima litera א in holem & mutata ה tertia radicali in א, ex mutua permutatione literarum אֶהֱוִי: thema enim illius est אָבָה. Sic etiam interdum in secunda persona plurali masc. delitescit א vt תֹּמְרוּ dicetis, pro תֹּאמְרוּ. 2. Sam. 19. Ad hæc quandoque in prima persona singul. huius coniug. occulitur א prima radic. in ‥. vt, וָאֵחַר & permansi, Gen. 32. pro וָאֵאחַר. facit autem ו ex futur. præterit. legitur quoque אֵהַב diligam, Prouerb. 8. virtute contento א natiuo in ‥ literæ א indicis futuri, pro אאהַב, si prima radicis א exprimeretur.

Notandum insuper personas singulares tertiam masculinam & fœmininam eandem, cùm ו conuertẽte futurum in præteritum retrahere accentum ab vltima in penult. & mutare ¯ vltimæ syllabæ in ∵, quia ∵ ¯ & Iric paruum motiones commutabiles sunt. vt, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים & dixit Deus, Gen. 1. pro וַיֹּאמַר, & וַתֹּאמֶר רוּת & dixit Ruth, Ruth. 2. pro וַתֹּאמַר: sic etiam dicitur וַנֹּאמֶר & diximus, Genes. 44. Quæ regula vera est,

eſt, niſi ſint huiuſmodi dictiones in accentu diſtinguente, vel illas proximè ſequatur dictio monoſyllaba : tunc enim propter ו nulla ſæpenumero fit mutatio ֲ in ֱ . vt, וַתִּדֹּר נֶדֶר וַתֹּאמַר & vouit votum, & dixit. 1. Samuel. 1. vbi propter accentum diſtinguentē qui dicitur רְבִיעַ, remanſit ֲ inuariatatum. וַתֹּאמַר לוֹ & dixit illi, Prouerb. 7. vbi etiam propter לוֹ dictionem monoſyllabam proximè ſequentem remanet ֲ, & retrahitur accentus propter dictionem monoſyllabam proximè ſequētem, ne videlicet duo accētus ſeſe contingerent & fieret cacophonia.

Conſpicitur etiam quādoque ֱ ſequente dictione monoſyllaba. vt, וַיֹּאמֶר לוֹ Et dixit illi. Ionæ. 1. Et alia.

Inueniuntur poſtremò pauca quædam, quæ quòd rariùs occurrant, habent א expreſſum & mobile, nec differunt in futuro à perfectis. vt à אָסַף collegit, dicitur יֶאֱסֹף colliget, Iob 34. ab אָסַר ligauit, יֶאֱסֹר ligabit, Gen. 42. ab אָהַב dilexit, וַיֶּאֱהַב הַמֶּלֶךְ, & dilexit rex, Eſter 2. וַיֶּאֱבַל & luxit, Threnorum 2. & ſimilia.

Coniugatio	נִפְעַל
Exemplum:	
Præteritum	עָבָר
נֶאֱכְלָה*	נֶאֱכַל
נֶאֱכַלְתְּ	נֶאֱכַלְתָּ
	נֶאֱכַלְתִּי
	נֶאֱכְלוּ
נֶאֱכַלְתֶּן	נֶאֱכַלְתֶּם
	נֶאֱכַלְנוּ

**Quia ֱ: nihil aliud eſt, quā ſeua cōpoſitū cum ֱ, hic ſub א ex ֱ: fit ֱ, ſeua ſublato, ne ſeua ſequens legatur contra canones grammaticos; qui docent alterum debere quieſſere.*

Idem etiam eſto de ֲ: indiciū. Aliquando etiam ſeua ſimplex tantùm relinquitur ſub ipſo א natiuo. vt, נֶאְדָּר magnificus eſt Exod. 15. pro נֶאֱדָּר, vt fuſiùs dicemus ſub finem libri, quando

tres exprimemus regulas de ſeua ſimplici, ſub gutturalibus literis.

Præſens partic. בֵּינוֹנִי

Pluralis.	Singularis.
נֶאֱכָלִים	נֶאֱכָל
נֶאֱכָלוֹת	נֶאֱכָלָה

In hoc infinitiuo & imperatiuo cùm deſit נ paſſiuæ vocis character, neque poſſit inſcribi daghes ſupplens defectum illius metullio א, ſubſcribitur ·· pro hiric paruo literę ה, id eſt, ex daghes, quod alioqui inſcribendum literæ א, & hiric paruo fit ·: ſub ה, eadẽ eſt etiã ratio literarum איתן in futuro: quoniam, vt iam obſeruatũ eſt in Niphal verborum perfectorum, æquipollet motio magna, motioni paruæ & daghes.

Infinitiuus		מָקוֹר
		הֵאָכֵל
		כְּהֵאָכֵל
		בְּהֵאָכֵל
		לְהֵאָכֵל
		מֵהֵאָכֵל
Imperatiuus		צִוּוּי
	הֵאָכְלִי	הֵאָכֵל
	הֵאָכַלְנָה	הֵאָכְלוּ
Futurum		עָתִיד
	תֵּאָכֵל	יֵאָכֵל
	תֵּאָכְלִי	תֵּאָכֵל
		אֵאָכֵל
	תֵּאָכַלְנָה	יֵאָכְלוּ
		תֵּאָכְלוּ
		נֵאָכֵל

Coniugatio פִּעֵל.

Pluralis.	Singularis.	Exemplum:	
מְאַכְּלִים	מְאַכֵּל	Præteritum	עָבָר
	מְאַכֶּלֶת	אִכְּלָה	אִכֵּל
vel		אִכַּלְתְּ	אִכַּלְתָּ
מְאַכְּלוֹת	מְאַכְּלָה		אִכַּלְתִּי
Particip. præteri.	פֻּעָל		אִכְּלוּ
Pluralis.	Singularis	אִכַּלְתֶּן	אִכַּלְתֶּם
מְאֻכָּלִים	מְאֻכָּל		אִכַּלְנוּ
		Præſens partici.	בֵּינוֹנִי
			מאכלה

אַכֵלְנָה	אַכְלוּ	מַאֲכָלוֹת	מַאֲכָלָה
Futurum	עָתִיד	Infinitiuus	מָקוֹר
תְּאַכֵּל	יְאַכֵּל		אַכֵּל
תְּאַכְּלִי	תְּאַכֵּל		בְּאַכֵּל
	אֲאַכֵּל		כְּאַכֵּל
	יְאַכְּלוּ		לְאַכֵּל
תְּאַכֵּלְנָה	תְּאַכְּלוּ		מֵאַכֵּל
	נְאַכֵּל	Imperatiuus	צִוּוּי
		אַכְּלִי	אַכֵּל

A verbo huius ordinis & coniugationis אִלֵּף docuit, dicitur desiderato א in Benoni מַלְּפֵנוּ docens (est) nos Iob.35. pro מְאַלְּפֵנוּ. Sic à verbo אִבֵּד perdidit dicitur in futuro וְאַבֶּדְךָ. Et perdam te Ezechiel. 28.pro וָאֲאַבֶּדְךָ,huiusmodi porrò alia paucissima sunt.

Coniugatio פֻּעַל.

Exemplum:

אֻכָּלוֹת	אֻכְּלָה	Præteritum	עָבָר
Infinitiuus	מָקוֹר	אֻכְּלָה	אֻכַּל
	אֻכּוֹל	אֻכַּלְתְּ	אֻכַּלְתָּ
Futurum	עָתִיד		אֻכַּלְתִּי
תְּאֻכַּל	יְאֻכַּל		אֻכְּלוּ
תְּאֻכְּלִי	תְּאֻכַּל	אֻכַּלְתֶּן	אֻכַּלְתֶּם
	אֲאֻכַּל		אֻכַּלְנוּ
	יְאֻכְּלוּ	Præsens particip.	בֵּינוֹנִי
תְּאֻכַּלְנָה	תְּאֻכְּלוּ	Pluralis.	Singularis.
	נְאֻכַּל	מְאֻכָּלִים	מְאֻכָּל

Coniugatio הִפְעִיל.

Exemplum:

הֶאֱכַלְתְּ	הֶאֱכַלְתָּ	Præteritum	עָבָר
	הֶאֱכַלְתִּי	הֶאֱכִילָה	הֶאֱכִיל

Imperatiuus הַאֲכֵל
צִוּוּי הַאֲכִילִי
הַאֲכִילוּ הַאֲכֵלְנָה

† Futurum עָתִיד
יַאֲכִיל vel יוֹכִיל — תַּאֲכִיל vel תּוֹכִיל
תַּאֲכִיל vel תּוֹכִיל — תַּאֲכִילִי vel תּוֹכִילִי
אַאֲכִיל vel אוֹכִיל
יַאֲכִילוּ vel יוֹכִילוּ — תַּאֲכֵלְנָה vel תּוֹכֵלְנָה
תַּאֲכִילוּ vel תּוֹכִילוּ
נַאֲכִיל vel נוֹכִיל

הֶאֱכִילוּ
הֶאֱכַלְתֶּם הֶאֱכַלְתֶּן
הֶאֱכַלְנוּ

בֵּינוֹנִי Præſens partici.
Singularis. Pluralis.
מַאֲכִיל מַאֲכִילִים
מַאֲכִילָה מַאֲכִילוֹת

פָּעוּל * Particip. præterit.
Singularis. Plural.
מָאֳכָל מָאֳכָלִים
מָאֳכָלָה מָאֳכָלוֹת

מָקוֹר Infinitiuus
הַאֲכִיל
בְּהַאֲכִיל
כְּהַאֲכִיל
לְהַאֲכִיל
מֵהַאֲכִיל

*In hoc tēpore vbique in hac coniugatione, quia prima thematis eſt vna ex gutturalibus, ſemper illi ſubſcribitur ֳ, & præcedenti literæ מ ָ.

à recta declinet, in proximè ſequenti catalogo (vt in ſequentibus cæteris etiam imperfectorum ſuos expreſſi) viſum eſt mihi ordine & ſerie archetypos exprimere & proponere, ad quorum analogiam, ſeu ꝓportionem, ſine controuerſia doctiorum iudicio cætera reduci & referri poſſint perfecta nomina nullā aſcitam habentia ancillantem literam: niſi quandoque fortaſſis quædam occurrant, quæ tantùm aut ſemel, aut rariſſimè in vſu ſunt in bibliis ſacris, quorum ratio à grammaticorum præceptorum ſcriptoribus non habenda eſt. vt inter alia שֻׁנֵם ciuitatis nomen 4. Reg. 4. חוֹרֹן, vnde, vt Kimio in Miclol placet, בֵּית־חוֹרֹן & אֻזֵן, nomina oppidorum, quæ ædificauit Seera filia Ephraïmi. 1. Paralip. 7. & id genus alia magis vſu, quam grammaticorum regulis, percipienda.

In iſtis porrò perfectorum nominum formis, vt vſus & dictionaria docent, alia ſunt natiua, ſiue primitiuæ ſpeciei, alia verò reperta, ſiue deriuatiuę ſpeciei, ſicut etiam cæteris omnibus nominum formis & claſſibus accidit. Adhæc ex ſequentibus catalogis & vſu videbis lector, nomina quædam accedere ad formam, ſiue proportionem, vel præteriti verbi, vel infinitiui, vel imperatiui, vel futuri, vel participii.

Nam accidũt linguis omnibus voces, ſeu terminationes quædam communes, vt Latinis Nitor, modò verbum eſt deponens, modò nomen tertiæ declinationis. Ora, quoque modò verbum eſt imperat. modò nomen fœm. ſing. primæ declinationis, vel etiam plurale neutrum, tertiæ. Amor, etiam modò nomen eſt tertiæ declinationis, modò verbum paſſiuum pri-

primæ

mæ coniugationis, ſic apud eoſdem Amatum, pro ſenſus cõmoditate ex filo orationis, vel ſupinum eſt, vel participium: occurrũt quoque huius generis alia propemodum infinita etiam in linguis aliis, quæ breuitati conſulens prætermiſi. Cùm enim mortalibus res infinitæ ſint, nec ſitum ſit in viribus illorum rebus ſingulis, quæ quotidie nouæ oboriri videntur, proprium nomen imponere, neceſſe fuit omnibus linguis quantumuis locupletibus, habuiſſe huiuſmodi voces communes, quibus ſcitè & commodè appoſitis, res omnes & comprehendi & exprimi poſſent, ad eundem modum quo in Arithmetica decem numerorum notis congruenter conuenientérque adhibitis, quilibet numeri exprimuntur, ac efficiuntur, & literis, cùm paucæ ſint, variè tamen collocatis innumerabilia verba & volumina conficiuntur. Etenim, vt lib.8.cap. 2.quod eſt de perſpicuitate, Fabius verè ait, multa etiam ſunt & Græcè & Latinè non denominata. Cæterùm, vt hunc locum concludam, quia modeſta, frugalis & temperata, non autem immoderata & exuberans nimiaqué copia luxurians eſt Hebraïca lingua, non multùm frequens eſt in illa Synonymia, qua diuerſa verba candẽ omnino rem declarant, ita vt ad ſignificationẽ nihil referat, hoc, an illo malis vti. Quæ res certè docet primos homines nec nimium loquaces fuiſſe, nec loquaciter ſcripſiſſe ludendo oſtentatione quadam immodicæ & affectatæ copiæ.

זְבוּל	לַהַב	שִׁכּוֹר	אַגָּן	אֵזוֹב	זָכָר
אֲגַם	חֹרֶשׁ	פִּגּוֹל	מַקֵּל	אֵטוּן	שָׁמֵן
דְּבַשׁ	דּוּנַג	אָמָן	* שָׂרַת	יֵרוּעַ	שָׁמִיר
שְׁכֶם	רֹחַב	סֻלָּם	רַחֵם	צִינוֹק	כָּבוֹד
נְאֻם	יְקַר	סִבּוֹל	לַפִּיד	גּוֹרָל	קָלוֹט
	בְּאֵר	שֵׁבֶט	כַּמּוֹן	אוֹיֵב	עָשֹׁק
	כְּפִיר	מֵצַח	טַבּוּר	אוֹפִיר	הֵיכָל
	חֲסִין	דֶּבֶר	רַחוּם	אוּלָם	שֵׁגָל
	אֱוִיל	רֶחֶם	פֶּחָם	שֹׁטֵר	טֵבֵת
	סְגוֹר	זֶרַע	אִכָּר	עָוֶל	הֵילֵל
	חֲמוֹר	בַּעַל	אִלֵּם	שַׁבָּת	עֵירוֹם

* Archetypus iste proponitur pro nominibus huius ordinis habētibus daghes natiuum in secunda natiua litera, quod, si secunda incapax illius fuerit, relegatur sub – primæ & fit ־ָ, nam dicendum erat שָׂרַּת per daghes in ר.

NOMINVM PERFECTORVM, QVI-
bus ad tres radicales literas superueniunt seruiles aliquæ, sequuntur archetypi, ad quorum comparationem, seu proportionem, cætera id genus verè sine Barbarismi suspicione referri debent.

Est imprimis animaduertendum ex ministerialibus, siue addititiis literis esse sex, quarum auxilio formantur nomina. Has habes iuuandæ memoriæ gratia, hac dictione artis הָאֶמְנְתִּי comprehensas.

Quarum functiones eo ordine quo in prædicta dictione scribuntur, exemplis subiectis planæ fient.

Arche-

Archetypis istis (vt faciliùs norint rudiores detrahendo ancillantes, siue aduentitias literas, tres natiuas, siue radicales inuenire, etiam in ordinibus imperfectorum) respondebit è regione thema, à quo vnusquisque illorum deriuatur, si illi reperta nomina, hoc est, deriuatiuæ sint speciei, quoniam, vt ex sequentibus liquebit & vsu, nonnulla primitiua, siue natiua sunt nomina, quæ non alicunde deflectuntur & originem ducunt. Ne putes tamen nos ita hîc astrictè loqui beneuole lector, vt qui velimus duntaxat literis istis deriuari nomina verbis: nam sunt alia etiam, quæ non à verbo deriuata, formãtur adminiculo harum literarum. vt, רִאשׁוֹן primus, & רֵאשִׁית principium, à רֹאשׁ caput. & plurima id genus alia.

Ex his literis sæpenumero ad radicem asciscitur vna, interdum duæ & nunc præfiguntur, nunc ad finem, vel etiam vtrinque appendent, vt exemplis illustrabitur.

* Ex perfectis nominibus hoc vnicum duntaxat ה a fronte radicis suscipit, cui etiam ת fini additum est: nam nomen הַרְוָחָה respiratio, siue recreatio Exod. 8. non habet a fronte ה sui formatiuum, sed Emphaticum, vt docent ־ & Metheph, quoniã si ר esset capax puncti daghes notatum esset ה persequente daghes in ipso ר. Itaque ex more in eo æquiparatur motio magna motioni paruæ & daghes:

ה	ת
* הַשְׁמָעוּת à שָׁמַע	
ה	
חָרְבָּה	à חָרֵב
סוֹחֵרָה	à סָחַר
סוֹלְלָה	à סָלַל
בַּקָּשָׁה	à בִּקֵּשׁ
שַׁלְמָה	à שָׁלֵם
רְחָצָה	à רָחַץ
אַהֲבָה	à אָהַב
חַבּוּרָה	à חָבַר
בֶּהָלָה	à בָּהַל

ſi enim eſſet formatiuũ nominis ef ferretur ṗ - vt in nomine הַשְׁמָעוֹת.

Quæ in ה deſinunt, quamplurima ſunt fœmin. cum accẽtu in vltima.

א præponi ſolet nunquam poſtponi, niſi minus propriè ex literarũ אהוי vicaria permutatione aliquando, vt מָרָא amara, pro מָרָה Ruth. 1. & eſt imperfectum de ordine duplicãtium Aiin. afficitur autẽ -, vel ∵ . hoc vnum etiam te obiter admoneo lector, ne tam ſpectes primitiui in deriuatiuo ſignificationẽ quàm ipſius ſtirpis veras & natiuas literas: nam ſufficere poteſt deriuatiuum radicalibus literis primitiuũ imitari.

Quædam duas aſciſcunt ancillãtes literas ה à tergo & א à fronte.

חֶרְפָּה à חָרַף
שִׂמְחָה à שָׂמַח
בְּכוֹרָה à בָּכַר
עָרְלָה à עָרַל
נְבֵלָה à נָבַל
פְּלֵיטָה à פָּלַט
עֲרֵמָה à עָרַם
נְגִינָה à נָגַן
בְּשׂוֹרָה à בָּשַׂר
חֲגוֹרָה à חָגַר
קְהִלָּה à קָהַל
רְכֻלָּה à רָכַל
טֻמְאָה à טָמֵא
נַעֲרָה à נָעַר
אֲדָמָה à אָדַם
מְלוּכָה à מָלַךְ
שְׁבֻעָה à שָׁבַע

א

אַכְזָב à כָּזַב
אַרְבַּע à רָבַע
אַכְזָיב à כָּזַב
אֶזְרָח à זָרַח
אֶשְׁכּוֹל à שָׁכַל

א ה

אַזְכָּרָה à זָכַר
אַשְׁמוּרָה à שָׁמַר
אֶצְעָדָה à צָעַד

א ת

אַשְׁמֹרֶת à שָׁמַר

Hoc

†Hoc in vſu non eſt, ſed ab eiuſmodi verbis obſoletis & minimè vſitatis, frequenter nomina deducuntur ab Heb. grammaticis, ſeruata grãmatica analogia, ſiue proportione, ne quando illos immitamur, quis fallatur, quoniam hoc multùm confert ad vſum dictionarij, quem qui habebit, procedet deinde in ſtudiis Heb. quantum volet.

* מ præfixum capiti dictionum frequens eſt, in calice verò rarum admodum.

מ

מַלְאָךְ	à לָאַךְ	†
מַחְמַל	à חָמַל	
מַאֲכָל	à אָכַל	
מַרְבֵּץ	à רָבַץ	
מַשְׂכִּיל	à שָׂכַל	
מַכְאוֹב	à כָּאַב	
מַלְבּוּשׁ	à לָבַשׁ	
מֶרְחָב	à רָחַב	
מִשְׁפָּט	à שָׁפַט	
מִסְכֵּן	à סָכַן	
מִגְדּוֹל	à גָּדַל	
מְצוֹרָע	à צָרַע	
* שִׁלְטוֹם	à שָׁלַשׁ	
סֻלְעָם		

מ ה

מַכְפֵּלָה	à כָּפַל	
מַמְלָכָה	à מָלַךְ	
מֶמְשָׁלָה	à מָשַׁל	
מִלְחָמָה	à לָחַם	
מְלָאכָה	à לָאַךְ	

מ ת

מַחְכֹּנֶת	à תָּכַן	
מֶמְשֶׁלֶת	à מָשַׁל	
מִכְמֹרֶת	à כָּמַר	
מִשְׁלַחַת	à שָׁלַח	
מִסְגֶּרֶת	à סָגַר	
מִסְכֵּנֻת	à סָכַן	
מְלֶאכֶת	à לָאַךְ	

נ Initio non nisi propriis nominibus conuenit. Fini autem frequenter adiungitur. Etiam vnà cũ ת, vt ex duobus antepenultimis in isto catalogo videre licet.

נ	
נפתלי	à פתל
נמרוד	à מרד
ירקון	à ירק
חרצן	à חרץ
שבתון	à שבת
גרון	à גרן
ארמון	
אחרון	à אחר
חשבון	à חשב
כבשן	à כבש
קנמון	
פתרון	à פתר
קלשון	
קיקיון	
קרבן	à קרב
רעבון	à רעב
ישימון	à ישם
אברון	à אבר
קדרנית	à קדר
עקלתון	à עקל
שלחן	à שלח

ת Modò præponitur, modò in fine ponitur & etiam aliquando in vtraque dictionis extremitate locum habet, vt ex his exemplis videtur.

ת	
תחמס	à חמס
תשבץ	à שבץ
תלמיד	à למד
תענוג	à ענג
תדהר	à דהר
תאשור	

ת

מָחֳרָת	à מָחָר
תּוֹלַעַת	à תָּלַע
כּוֹתֶרֶת	à כָּתַר
כַּפּוֹרֶת	à כִּפֵּר
צָרֶבֶת	à צָרַב
דַּלֶּקֶת	à דָּלַק
בַּהֶרֶת	à בָּהַר
קַדַּחַת	à קָדַח
בִּקֹּרֶת *	à בָּקַר
אִוֶּלֶת.	
כְּתֹנֶת	
כֻּסֶּמֶת	
קֻבַּעַת	à קָבַע
שְׁחֵלֶת	
נְחֹשֶׁת	
דְּבֶלֶת	
עֲצֶרֶת	à עָצַר
מַלְכוּת	à מָלַךְ
פַּחֲוֹת	à פָּחַו
אַחֲרִית	à אָחַר
צַפִּיחִית	
סִכְלוּת	à סָכַל
גָּפְרִית	
שְׁאֵרִית	à שָׁאַר
חֲמִישִׁית	à חָמֵשׁ
כִּבְרַת	à כָּבַר
כְּרִיתוּת	à כָּרַת
הֲרִיסוּת	à הָרַס
עַקְשׁוּת	à עָקַשׁ

* *Levitic. 19. id est, Vapulatio cum loris bubulis, prius inquisitione facta.*

י Radici prepositum propriorum nominum est formatiuũ, raro appellatiuorum. vt,

יַהֲלֹם à הָלַם | יִצְהָר à צֹהַר | יַלְקוּט à לָקַט

י In fine, nominum gentilium masculinorum, numeralium, quæ ordinalia dicuntur & adiectiuorum quorundam formatiua est litera. Pro quibus omnibus exempla proposita sufficiant.

Gentilia porrò nomina fœminina in sing. terminantur in ת præcedente hiric magno, vel in יָה, vt יְהוּדִית Iehudæa mulier, אֲרַמִּית Syra mulier, מוֹאֲבִיָּה moabitis fœmina: in plurali fœ. יְהוּדִיּוֹת Iehudææ per י mobile dicitur. & sic de aliis.

Eodem mòdo quoque formant genus fœmininum adiectiua nomina admittentia י in fine: nam à יְמָנִי dexter, deflectitur יְמָנִית dex-

z ua

tera: à נָכְרִי Alienus, נָכְרִיָּה Aliena. Quæ omnia vſus magiſter optimus facilia & familiaria reddet.

Literæ הָאֱמַנְתִּי præpoſitæ nominibus primam radicis literam expreſſam & conſonantem habentibus, plurimum affectæ ſunt, vel ־, vel ∵, vel hiric paruo, ſequente ſcua quieſcente ſub prima, vt ex ſuperioribus exemplis liquidò conſtat. Veruntamen quædã ſunt pauca numero, quæ non ab hac regula pendent. vt, מְלָאכָה & מְלֶאכֶת opus: quæ habent מ ante radicalem primam affectum ſeua: ſic quoque de aliis literis iſtis אהמנתי ex authorum vſu, ſentias quandoque.

ת ח		
תַּרְדֵּמָה	à	רָדַם
תַּעֲלֻמָה	à	עָלַם
תִּפְאָרָה	à	פָּאַר
ת ת		
תִּלְבּוֹשֶׁת	à	לָבַשׁ
תִּפְאֶרֶת	à	פָּאַר
י		
יִצְחָק	à	צָחַק
יַעֲקֹב	à	עָקַב
י		
יְהוּדִי	à	יְהוּדָה
אֲרַמִּי	à	אֲרָם
נָכְרִי	à	נֵכָר
יְמָנִי	à	יָמִין
שְׁלִישִׁי	à	שָׁלֹשׁ
רְבִיעִי	à	רָבַע

Nunc de imperfectorum nominum formis & ordinibus, quì quidem tot ſunt, quot & verborum & ferè ratione eadem cognoſcuntur, archetypis certiſſimis propoſitis, plerumque adhibitis literis הָאֱמַנְתִּי, à quorum proportione, ſiue analogia ſine barbarieï nota vix quis deerrabit, eodem ordine dicamus.

Inter iſta imperfecta nomina videre quoque aliquando licebit quędam compoſita, id eſt, participantia ex duobus ordinibus.

Defectina פַּא נוּן, אוֹ פַּא יוֹד

Nomina augmentum מ cum ־ ſequente daghes à fronte admittentia, claſſis ſunt defectiuorũ פא

מַטָּע	à	נָטַע
מַסָּה	à	נָסָה
מַסָּע	à	נָסַע

hoc

hoc est in prima natiua litera, vno excepto in quo est מ cum ָ non sequente daghes supplente Nun.

Reperiuntur verò duo habere ה à frõte cum ָ sequente daghes, vt in hac serie conspicuum est.

Duo prĕterea alia sunt, quĕ quãuis נ primĕ thematis defectum patiantur, nullũ pro indice defectus signum habent. Veruntamen quia illa duo hîc cum suis radicib⁹ sunt expressa, parum negotij post hac tyronibus facere poterunt.

מַפָּץ	à נָפַץ
מַטּוֹר	à נָטַר
מַבּוּל	à נָבַל
מַגֵּפָה	נָגַף
מַטָּרָה	à נָטַר
מַקֶּבֶת	à נָקַב
הַצָּלָה	à נָצַל
הַכָּרָה	à נָכַר
טֵּג	à נָטַג
טִיא / מַטְאַת	à נָשָׂא
מַצָּב / מַצֵּבָה / מַצֶּבֶת	à יָצַב
מַצָּע	à יָצַע

Quiescentia פא אלף nomina nulla sunt, quia cùm ipsum א habeant mobile, perfectorum normam sequuntur.

Ex quiescentibus pe iod nominibus quædam sunt, quæ præposita litera ministeriali, siue aduẽtitia מ, vel ת (vt hîc vides) habẽt י expressum: sed motione vocali destitutum quiescens & otiosum. Maior tamen pars formatur præfixo מ vel ת ex אֵהֶוִי mutua permutatione mutato י in ו, vt hic videtur.

Quorum quæ in secunda syllaba habent ָ, in plurali numero illud seruant. Quæ verò ‥, mutant

פא יוד	Quiescentia
מֵיתוֹר / מֵיתָר	à יָתַר
תִּירוֹשׁ	à יָרַשׁ
מוֹקֵשׁ	à יָקַשׁ
מוֹלֶדֶת	à יָלַד
מוֹרָשָׁה	à יָרַשׁ
תּוֹכֵחָה / תּוֹכַחַת	à יָכַח
תּוֹשָׁב / מוֹשָׁב / שֶׁבֶת	à יָשַׁב

illud in ſeua. vt, תּוֹשָׁב, in plurali facit, תּוֹשָׁבִים, מוֹקֵשׁ, in plurali מוֹקְשִׁים. & ſimilia.

Quædam pauca obiter obſeruãda ſunt, quæ quanuis מ aductitium habeant à fronte ſequente ו, non huius ſunt claſſis, ſed duplicãtium (vt עֵין. vt, מוֹרֵד, à רָכַךְ. & מוֹעֵל, à עָלַל quibuſdam placet à עָלָה) de quibus adhuc ſuo loco videbis. Quædam etiam non modò à fronte, modò à tergo, quinetiam vtrinque habent ת. Quædam pro ו habent ו in quo occulitur י prima radicis litera ac mente concipitur in illo. Denique nonnulla ſunt, quæ omnino nullius literæ augmento à fronte ſuſcepto, abiiciunt י & habent plurimum ה, aut ת fœmininam literam.

מוּסָר	à יָסַר
תּוֹרָה	à יָרָה
דַּעַת, דֵּעָה, דֵּעַ	à יָדַע
צֵאָה, צֵא, צוֹאָה	à יָצָא
כּוֹל	à יָכֹל

Quieſcentia עָיִן וָו.

Nominum quieſcentium aiin vau alia præfixo primæ thematis מ cum ָ formãtur: Alia verò prępoſito מ, vel ת cum ſeua, vel ת cũ ֲ:, & litera fœminina ה. Alia etiã habent א cum ָ prępoſitum.

Alia nullam literam à frõte, ſed duntaxat ה fœm. admittunt. Alia præterea ſunt quæ nec in fronte, nec in fine miniſtrãtem aſſumunt literam. Habent tamen pro quietis ſecundæ literę indice, cum prima radicis ſemper aliquã motio-

מָגוֹר, מָגוֹר	à גּוּר
מָנוֹחַ	à נוּחַ
מֵרוֹץ	à רוּץ
מְרִיבָה	à רִיב
מְכוּנָה	à כּוּן
מְבוּכָה	à בּוּךְ
תְּקוּמָה	à קוּם
הֲנָחָה	à נוּחַ
פּוּגָה	à פּוּג
אָרוֹשׁ	à דּוּשׁ
אָקִיד	à סִיד
קָמָה	à קוּם

num magnarum, ex quibus nõnulla habent ipſum ו otioſè expreſſum, nonnulla pauca verò ∵ pro ו, vel י mobile pro ו. Nonnulla inſuper ſunt habentia motionem magnam in prima ſyllaba, in qua occulitur ו natiuum, vel expreſſum eſt & otioſum, quæ literas ן, vel ח ſibi in fine radicis vẽdicant, ex quibus pauciſſima quædam poſt huiuſmodi Nun aduentitium etiam recipiunt ה fœmininum. Pauciſſima quoque ſunt, quę ת recipiũt in fine pręcedente duplici ◌ֶ. poſtremò vnicum eſt, quod ם literæ adminiculo adhibito fini dictionis deriuatur, י tamen quieſcente primæ & ſecundæ literæ interpoſito, pro ו ſecunda natiua litera, ex literarum אֱהֱוִי vicaria permutatione.

צָרָה / צִירָה	à צוּר
קִינָה	à קוּן
טוֹבָה	à טוֹב
צַר	à צוּר
רוֹעַ	à רוּעַ
גֵּר	à גוּר
סִיג	à סוּג
כּוֹחַ	
יוֹם	
עוֹר	
פּוּר	
חֹר	à חוּר
יַיִן	
זָדוֹן	à זוּד
לְוָית	à לוּן
נַחַת	à נוּחַ
עֵדוּת	à עוּד
חִיצוֹן / הִיצוֹנָה	à חוּץ
בּוֹשֶׁת / בּוֹשָׁה	à בּוֹשׁ
רִיקָם	à רוּק vel רִיק

Quieſcentia לָמֶר אָלֶף.

Ex ordine quieſcentium lamed aleph multa ſunt nomina, quæ duplici afficiuntur ∵. Nonnulla in vtraque ſyllaba habent ◌ָ. quædam ו, vel ◌ָ in prima, & ∵, vel ·· in ſecunda.

Huiuſmodi habentia duplex ◌ָ in ſingulari numero, verbo à quo deflectuntur, ſimilia ſunt.

צָבָא *	
גּוֹמֶא	à גָּמָא
טָמֵא	à טָמָא
נָשִׂיא	à נָשָׂא
כֶּלֶא	à כָּלָא
טֶנֶא +	

Alia præthereà ſunt claſſis illorum, quę ſibi peculiariter vendicãt daghes, cũ hiric, vel ‑ ſub prima, & ··, vel ·̵, vel holem cũ daghes in ſecunda, etiam quãdoque ה ſeruili à tergo poſito. Tria demum in hac ſerie poſtrema, inueniuntur quorũ duo ab eadẽ deducta radice ſunt, ex quibus vnũ ſub prima habet ·̵, alterũ verò ∵ & ſub ſecũda breuitatis & vocalitatis gratia pro ∵, vel ··, ſeua raptũ, vt vacet & otietur א, illud enim otiari non poteſt in ſeua, ſiue raptum, ſiue mobile ſit, pro צָוָא itaque legitur צֹוא & חֵמָא pro חֱמָא. Tertiũ ſub prima ‑ habet & ſub ſecunda ·̵ & daghes eidem inſcriptum, quieſcente א, quod etiam ſequitur ה ſeruile.

	כִּסֵּא †	† *Illa quæ hic & in aliis claßibus non oppoſitã habent vocem, primitiuæ ſunt ſpeciei.*
à קָנֵא	קַנָּא	
	קַנּוֹא	
à כָּלֵא	כִּלֵּא	
	כִּלְאַת	
	שָׁוְא	
à חָטֵא	חֵטְא	
	חַטָּאת	

Quieſcentia לָמֶד הֵא.

In nominibus quieſcentibus lamed he quæ in ה fœmininum deſinunt, ne fiat concurſus duarũ ſimilium literarum (gutturalium prę ſertim) & hiatus ſeu cacophonia, euaneſcit ה thematis tertia, propter fœmininum ה ſuperadditũ, nam ex vera grammatica proportione dicendum eſſet שְׁנָהָה vel שְׁנֶהָה, pro שָׁנָה annus מִצְוָהָה vel מִצְוֶהָה, pro מִצְוָה præceptum & ſic de ſimilibus. Siquidẽ quæ habent ה radicale, ſiue natiuũ expreſſum, illud præcedit ∵, vel ·· ſub ſecũda na-

	שָׁנָה †	† *Habentia duplex ·̵ ſimilia ſunt verbo à quo deriuantur*
à קָצָה	קָצֶה	
à רָעָה	רֵעֶה	
à הָגָה	הֶגֶה	
à רָאָה	מַרְאָה	
	מַרְאֶה	
à עָשָׂה	מַעֲשֶׂה	
à קָוָה	תִּקְוָה	
à קָנָה	מִקְנָה	
	מִקְנֶה	
à לָאָה	תְּלָאָה	
à רָבָה	אַרְבֶּה	
	הַרְבֵּה	
	מַרְבִּית	

natiua litera.

Sunt etiam multa quæ adminiculo literarum הָאֶמַנְתִּי præpoſitarũ formantur. Alia etiam multa modò præpoſitis, modò poſtpoſitis, aut vtrobique ſignatis huiuſmodi aduentitiis literis formantur: vt in hac ſerie videre licet. Ex quibus tamen quæ habent, vel ן, vel ת aduentitias literas in fine: ante ipſum ן, vel ת, habent vel ו, vel י quieſcẽs, aut mobile, pro ה tertia natiua litera ſubſtitutum: Duobus tamen quæ hîc enumero exceptis quæ ante ת aſcititium nihil habent pro ה ſubſtitutum. Vnum inſuper videtur in quo ante ן aduentitiũ neque ו videtur pro ipſo ה poſitum.

Duo quoque vidẽtur habere נ à fronte cum ſeua.

❡ ה Paragogicum & nõ fœmin. Quædam ſunt quę duas primas duntaxat expreſſas habent literas, nullis ה tertiæ literæ ſuppreſſæ relictis veſtigiis. Quædam pro ה habẽt י mobile, cuius gremio ad ſcripture ornatum, ne duplex י concurrat, daghes inſcribitur, in quo

תַּרְבִּית	
תַּרְבּוּת	
תְּרֻמָה	à רָמָה
גָּלוּת	à גָּלָה
נָאָה	
נָאוֹת	à נָאָה
נָאוֹן	
שֹׁקֶת	à שָׁקָה
צֶפֶת	à צָפָה
חָמוֹת	
פִּרְיוֹם	
פִּרְיוֹן	à פָּרָה
פְּרוּת	
הֵרוֹן	à הָרָה
הֵרָיוֹן	
עֶלְיוֹן	à עָלָה
עִנְיָן	à עָנָה
עָוֹן	à עָוָה
בִּזָּיוֹן	à בָּזָה
נִבְזוֹת	
נִכְאָה	à כָּאָה
אֶתְנָה	à תָּנָה
אֶתְנַן	
❡ מַעֲלָה	à עָלָה
מַעַל	
שׁוֹאָה	à שָׁאָה
מְשׁוֹאָה	
אָב	à אָבָה
בֵּן	à בָּנָה
אָחִי	

abſor-

abſorbetur י index & comes hiric magni literæ ſecundæ radicalis, & אֲנִיָּה, pro אֲנִיְּיָה dicitur. ſic de ſimilibus. Alia prætereà ſunt, quæ nulla adhibita aduĉtitia litera ex אֶהֱוִי permutatione, י otioſum, vel mobile, vel coaleſcens præcedēti ſyllabæ, vel ו conſonum, in fine pro ה obtinent.

צַו	à צָוָה
תְּאֵנָה	à אָנָה
אַלְיָה	à אָלָה
אַרְיֵה	à אָרָה
עֶרְוָה	à עָרָה
הֶמְיָה	à הָמָה
פֶּה	
צִיָּה	
תַּאֲנִיָּה	
אֳנִיָּה	à אָנָה
אֳנִיָּה	
כְּוִיָּה	à כָּוָה
קָלִי	à קָלָה
חֳלִי	à חָלָה
חוּוֹת	à חָוָה
תֹּהוּ	
חֳרִי	à חָרָה
נְהִי	
נְחִי	à נָחָה
נְי	
חֵצִי	à חָצָה
קֶרֶת	
קְרִי	à קָרָה
קִרְיָה	
שְׁלִו	
שַׁל	
שַׁלְוָה	à שָׁלָה
שְׁלֵו	
שַׁלְוָה	
תְּאוֹ	à תָּאָה
בכית	

בְּכִוֹת à בָּכָה
דְּוַי à דָּוָה
שִׁקּוּי à שָׁקָה
דַּיָּה
דְּיוֹ
פְּתַיּוֹת à פָּתָה
כְּסוּי à כָּסָה

Poſſunt etiam alia nonnulla huius ordinis primitiuæ eſſe ſpeciei.

Duplicantia עַיִן.

Cùm in fine dictionis nũquam inſcribi poſſit daghes niſi raró literæ alicui ex בְּגַדְכְּפַת habenti motionem aliquam, vel ſaltem ſcua, multa duplicantium עַיִן nomina ſunt, quæ cùm duntaxat duas radicales expreſſas habeant literas, non videntur à quieſcentibus עַיִן differre: niſi (vt fit in verbis) illis in fine addatur litera vel ſyllaba: tũc enim daghes alterius ſimilis literæ defectum ſupplens, in tertia thematis eluceſſit. vt, קֵן, in plurali habet קִנִּים: Cum pronomine inſeparabili קִנּוֹ nidus eius. Cum ה fœ. expreſſo daghes dicitur, סֻכָּה. Prętereà quæ מ præfixum habent, ſimiliter in ſingulari ſtatu abſoluto ſiue in ſui poſitione à quieſcentibus עַיִן non differre vidẽtur. At ve-

מַר, מָרָה, מָרָא à מָרַר
תֹּם, תּוֹם, תֻּמָּה, תֻּמַּת, מְתֹם à תָּמַם
תְּחִנָּה, חֵן, חִנָּם à חָנַן
חֲמַלָּה à מָלַל
מָעֻיו à עָוַן
מָגֵן, מְגִנָּה à גָּנַן
מְקֵרָה, מְקֵרָה, à קָרַר
מָסָךְ, מוּסָךְ à סָכַךְ

rò cum inſeparato pronomine cõpoſita, vel ſi è ſingulari numero in pluralem varientur, mutant quieſcẽtia Aiin ָ ſub מ in ſeua: Hec verò illud ſemper inuariatum ſeruãt. vt, מָקוֹם locus, quod eſt ex quieſcentibus aiin, cum pronomine inſeparato habet מְקוֹמוֹ locus eius, in plurali מְקוֹמִים. מָגֵן verò, quod eſt huius ordinis, cum inſeparato pronomine מָגִנִּי clypeus meus, in plurali מָגִנִּים. Quod cum ſui ſimilibus ſemper ָ ſub מ ſtatum & permanẽs habet. Dictio מִכְסָה, ne erres, non à כָּסָה deriuatur. Nam tunc habet non ה fœmin. ſed ה radicale expreſſum, quod præcedit ֶ ſic, מִכְסֶה.

מֵסַב סִבָּה נְסִבָּה	à	סָבַב
מוֹרָה	à	רָדַד vel יָרַד
מוֹרֶךְ	à	רָכַךְ
מַשָּׁק	à	שָׁקַק
מֶכֶס מִכְסָה	à	כָּסַס
תֶּמֶס	à	מָסַס

Aliud etiã adhuc poteſt eſſe diſcrimẽ, quòd quieſcẽtia Aiin in ſecunda ſyllaba habeant holẽ, hæc verò plurimùm ָ. Pauca prętereà ſunt, quorum etiã ſuprà in quieſcentibus Pe י memini, quę מ ſequente ו accipiũt, vt illa ſolent: quare animaduertere diligenter, ea fideliter memoriæ comendans. Vnum etiam huc adduxi, puta מַשָּׁק, ſub מ addititio habens ַ ſequente daghes in prima radicis, quod defectiua Pe nun imitatur, vel potiùs in quo daghes defectum literę ſecũdæ ſequentis indicat, ſicut in quibuſdam verbis contra munus ſuum, vt in Cal duplicantium עַיִן iam diximus: alterum quoque propoſui nẽpe מִכְסָה numerus quod non niſi in regimine inuenitur ſic מִכְסַת, quod quanuis ה fœmininum habeat, non in tertia, pro ſecunda ſupplenda recipit daghes. Aliud poſtremò inueni-

uenitur cum ם seruili in fine, videlicet, חִנָּם sponte.

Nominum compositorum ex supradictis imperfectorum formis classes, quòd in illis parum sit negotii, consultò omittimus, propterea quòd ex illis immixta quædam hac atque illac quandoque videas ordinibus simplicium præcedentium nominum. Adhæc quę ex singulis classibus singulari numero carēt, ex singulari analogia, quæ fingēda est, metiēda sunt, vt à singularibus תַּנְחוּם & תַּנְחוּמָה, quæ in vsu non sunt in sacris authoribus, seruata conuenientia, siue proportione dicitur in plurali. תַּנְחוּמוֹת & תַּנְחוּמִים Solatia. Ieremiæ 16. & Iob. 15. & pleraque eius generis alia, quæ vsus & Lexicon facilè tibi suppeditabunt.

Quatuor aut quinque radicaliū, seu natiuarū literarū nomina multa sunt numero, in quibus cùm à verbo deriuātur, repetitur, vt in hui⁹ generis verbis, prima & secunda litera, vel (pręsertim in his quę quinque sunt literarū) ad euphoniā, vel per epitasin, id est, augendę significationis gratia, secunda & tertia.

Quatuor literarum nomina.

בַּקְבּוּק	à	בָּקַק
צְלָצַל	à	צָלַל
קָדְקֹד	à	קָדַד

Quinque literarum nomina.

יְרַקְרַק	à	יָרַק
אֲדַמְדָּם	à	אָדַם
שְׁחַרְחֹרֶת	à	שָׁחַר

Quæ porrò quatuor aut quinque constant literis dissimilibus multò plura sunt, potiùs exotica & peregrina, quę in Hebraïsmum propter rerū mutationes, communicationē, cōmercia & versationem cum externis gentibus irrepserunt. Illa lexicon suppeditat.

Cæterùm his archetypis beneuole lector (quos

omnes imbecillitate fragilitatéque humana quanuis fortaſſis non expreſſerimus) tibi ita ſtrauimus iter, vt ex illorum collatione cętera omnia nomina, quę tibi diligenti & attento occurrent, intelligas: quoniam verè dixit ille תֵּן לְחָכָם וְיֶחְכַּם עוֹד Præſta ſapienti & ſapiet adhuc. Prouerb. 9. Vulgò quoque apud Hebręos dicitur. הַמֵּבִין יוּכַל לְהוֹצִיא דָבָר מִתּוֹךְ דָבָר Intelligens ex alio in aliud incidit: Et ad verbum reddes: intelligens poterit exire facere rem, de medio rei.

De מִלַּת־הַטַּעַם de dictione guſtus, ſiue de מִלַּת־הָעִנְיָן de dictione conſignificantiua, tertia orationis parte.

Iam duabus abſolutis partibus orationis, paūcis tertiam, in qua quidē diligenter attendenti non multùm eſt negotii, perſtringam. Hac grammatici Hebræorum (vt iam ſupra dictum eſt,) complecti ſolent articulum, pronomen, aduerbium, coniunctionem, præpoſitionem & interiectionem. Sed cùm tot omnino ſint aduerbiorum & interiectionum ſignificationes, præpoſitionum genera quot apud Latinos, præterea cùm nulla habenti lexicon in his ſit difficultas, quæ de articulis duntaxat & pronominibus dicenda videbuntur, perſequemur.

De articulis.

Articuli, ſiue voculæ vnius ſyllabæ, quibus docetur quomodo vtendum ſit nominibus, cùm illa ſint Hebræis indeclinabilia & a prima ſui poſitione non varientur & cadant, ſunt tantùm tres apud illos omnis generis & numeri.

ה, quod effertur per ־ sequente daghes, si sequens litera fuerit illius capax, nam alioqui plurimùm habet sub se ־ָ, vt cùm de officio seruilium literarum septem præsertim loquemur, videre latiùs licebit, nominatiuo, genitiuo, vocatiuo etiam, considerato filo orationis nonnunquam inseruit.

ל, datiuum indicat & habet propriè seua, quod tamen, quando sequens litera affecta est altero seua, mutatur in hiric, ne seua sequens legatur & concursus fiat duplicis seua in principio dictionis contra canones grammatices. Cæterùm vbi à nonnullis ל genitiui casus creditur esse articulus, est quidem articulus non genitiui, sed datiui, positi pro accusatiuo, vel pro ablatiuo cum accommodis præpositionibus vt מִזְמוֹר לְדָוִד Cantio Dauidi.i.per dauidem, vel propter dauidem, vel à dauide composita. Sic enim reddi debet ל in huiusmodi psalmis & aliàs, considerata sententia & orationis filo, vt mecum doctiores Hebræi sentiunt.

אֵת, accusatiui casus est articulus, qui aliquando seorsum, siue separat⁹ à dictione cuius casum indicat, scribitur, aliquando verò in compositione inuenitur. vt, אֶתְכֶם vos: alij duo verò nempe ה & ל, nusquam nisi cõpositi cum dictione cuius casum demonstrãt, reperiuntur. Huius propria motio est ··, quod quando sequẽti dictioni iungitur per virgulam Maccaph, quam Græci ὑφὲν vocant, vel quando cum pronomine, vt hîc vides, componitur, in ∵ commutatur.

Crebrò etiam cum pronominibus cõpositus mutat ·· in ו, ita vt dicere liceat non אֵתִי, sed אוֹתִי me. nõ

אֶתְךָ, ſed אוֹתְךָ te.&c. Articuli Hebræorum porrò nõ ſolent eſſe conſpicui & expreſſi, niſi potiſſimũ quando ex illorum abſentia poſſet oriri difficultas, vel contentio aliqua.

De pronomine.

Accidentia pronominis quæ ſunt genus, numerus, perſona, figura, caſus & declinatio, exempla ſequentia te ſatis docebunt.

Primùm tamen notandum ex Hebræorum pronominibus alia ſeparata dici, quòd in oratione ſepatim reperiantur, alia inſeparata, quòd ſemper cum aliqua orationis parte componantur: affixa etiam appellata ſunt pronomina, quòd ita fini dictionũ ſemper affigantur, vt cum illis vna videatur eſſe dictio.

REGVLA.

Pronomina ſeparata, ſiue integra nunquam niſi nominatiui, vel vocatiui caſus reperiuntur. Illa hîc ſubſcripta vide.

Numerus pluralis.			Numerus ſingularis.			
Prima,	Secunda,	Tertia perſona.	Prima,	Secunda,	Tertia perſona.	
	vos	illi		tu	ille	
	אַתֶּם	הֵם		אַתָּה	הוּא	*Maſculina.*
nos			ego			
אֲנַחְנוּ			אֲנִי			*Communia.*
	vos	illæ		tu	illa	
	אַתֶּן	הֵן		אַתְּ	הִיא	*Fœminina.*

Obliqui caſus, ſiue voces pronominum à prima ſui poſitione variantes & cadẽtes, vt videbis, ex inſeparatis fiunt pronominibus & cognoſcuntur ex articulis, vel præpoſitionibus quibuſcum componuntur.

Pro-

Pronomina inſeparata, quæ & affixa, à ſitu ſuo dicuntur.

	Numerus pluralis.			Numerus ſingularis.		
	Prima,	Secunda,	Tertia perſona.	Prima,	Secunda,	Tertia perſona.
Maſculina.		כֶּם	הֶם,ם		ךָ ,כָה	נו,הו,ו,ו,הִי
Communia.	נו			נִי,י		
Fœminina.		כֶן,כֶנָה	הֶן,ן ,נָה		ךְ	נָה,הָ,ה

Hæc inſeparata pronomina nihil aliud certè ſunt quàm breuitatis linguæ cauſa, poſt poſitiuæ, ſiue ſubiunctæ dictionibus quibuſuis literæ, vel ſyllabæ ex integris ſeparatis deductæ. Quare non indecenter corrupta, ſiue mutila & quaſi decurtata pronomina vocari poſſunt. Siquidem ex integro אֲנִי ego, factū eſt נִי & prætereà magis conciſè י. Ex eius plurali regulari quod eſt אָנוּ, vel immixtis ח & נ per Epentheſin אֲנַחְנוּ, ſiue נַחְנוּ nos, fit corruptè נו. Ex pronomine tertiæ perſonę ſeparato הוּא ille oritur הו, vt פְּקָדָהו viſitauit illum vir. & cōtractiùs ו. vt, דְּבָרוֹ verbū eius, דְּבָרָיו verba eius. Huiuſmodi tertiæ perſonæ pronomini interdū accedit נ, vnde pro הו, נְהוּ, cuius ה etiā ad euphoniā plurimùm tollitur de medio, & ob id daghes eſt in complexu ipſius נ ſic, נּוּ. vt, אֶפְקְדֶנּוּ viſitabo illū, pro אֶפְקְדֶנְהוּ expreſſo ה. Ierem. 5. tamen eodē verſu bis ſic legitur. יַעַבְרֶנְהוּ præteribit illū, & יַעַבְרֻנְהוּ præteribunt illum, pro יַעַבְרֶנּוּ, vt ſatis liquet ex ∵ quod ſolet præcedere נו. Nam ſi non additum eſſet נ, dicendum eſſet יַעַבְרֵהוּ, cùm הו ſoleat præcedere in ·· futuro cum affixis. Quam in huiuſmodi expreſſionem ה ita factam eſſe ait Kimhius in Miclol ad euphoniam, vt aſperitas pronūtiationis propter daghes, ſi eſſet expreſſum

in

in נ tolleretur. Plura vide exempla apud illum, etiam pronominis fœminini נֶהָ pro, נָה, in affixione pronominis inseparati cum voce אֶפְקוֹד.

Plurale est הֵם illi, & magis contractè ם. Cui quādoque per paragogē additur ו. vt מוֹ, quod plurimùm in vsu non est, nisi in datiuo casu cum ל iunctum. vt, לָמוֹ illi, vel illis: nam cùm, vt in Miclol dixit kimhius, videatur compositū ex ם pronomine plurali, & ו singulari etiam pronomine, vel singularis, vel pluralis numeri, considerato sensu esse potest. Re vera tamē, sæpius in plurali quàm singulari reperitur & semper accentum habet in penultima, dictio, siue nomen, siue verbum fuerit, cum qua componitur vt חֶלְבָּמוֹ adeps eorum Psal. 17. שִׁיתֵמוֹ נְדִיבֵמוֹ pone eos principes eorum Psal. 83. וְאָכְלָמוֹ. Absumet eos Psal. 78. Similiter ex fœminino הִיא illa, fit הָ, concisius ה: & ascito נ, eodem modo quo in masculino, pro נֶהָ, נָה. In plurali est הֵן illæ, vel succinctè ן: cum paragoge ה etiā quādoque legitur נָה vt עַד־בֹּאֲנָה vsque adintrasse illas .i. donec intrassent illæ Ruth. 1. bis & alias. pro בֹּאָן.

Quandoque, vt obiter dicā, inuenitur ה quiescens, pro הּ, vt וּשְׂעָרָה & capillus eius Leuit. 13. pro וּשְׂעָרָהּ. Sic alias inueniri solet etiam cum ל, vt לָה illi Ruth. 2. pro לָהּ. Inuenitur quoque ה non pronomen, sed ad vocalitatem duntaxat positum כְּבִכּוּרָה sicut primitiuū Esaiæ. 28. pro כְּבִכּוּרָה.

Obseruandum obiter הֵם illi, & הֵן illæ & seorsum & in compositione, sed mutato in compositione ‥ in ∵, tanquam inseparata interdum inueniri.

אַתָּה tu masculini generis, & אַתְּ tu fœmin. generis pro-

pronomen ſecundæ perſonæ, ab אֲנִי deriuatur adhibito ת indice litera ſecundæ perſonæ (ſicut index illius eſt in verbis) & inſcripto daghes eius meditullio in ſupplementum defectus נ ſui primitiui אֲנִי, ne dicamus אַנְתָּה, ſed אַתָּה breuitatis & vocalitatis gratia.

Ex hoc manat inſeparatum ſecundæ perſonæ maſculinũ ךָ, & fœmi. ךְ. Ex eius plurali maſcul. אַתֶּם vos, deriuatur כֶם eiuſdem generis, numeri & perſonæ: ſic ex fœminæo אַתֶּן vos, כֶן. Sed mutatur ת in ך, ne confuſio & ambiguitas oriatur inter pronomina ſecundæ perſonæ & ſyllabas תָּה, & תֶּם, ſecundæ perſonæ prę teriti indicatiuas: verbi cauſa, cùm legeremus פָּקַדְתָּ (in qua perſona nonnunquã exprimitur ה ſic, פָּקַדְתָּה, quod poſt ָ in huiuſmodi ſæpius latet,) & פָּקַדְתְּ, ambiguum eſſet an תָּ inſeparatũ eſſet pronomẽ ab אַתָּה tu, vel index ſyllaba ſecũdę perſonæ ſingularis maſc. præteriti, vel an תְּ, ab אַתְּ tu, fœminæo pronomine eſſet, vel indicatiuum ſecundæ perſonæ ſing. fœmin. præteriti. Similiter in plurali פְּקַדְתֶּם, פְּקַדְתֶּן, eſſet ambiguum, an תֶּם & תֶּן pronomina eſſent corrupta ab אַתֶּם, vel אַתֶּן, an ſyllabæ formatiuæ ſecundæ perſonæ præteriti. Pro אַתָּה igitur ponitur ךָ, & cum ה actu in ָ, כָה, dicemúſque פְּקָדְךָ, vel פְּקָדְכָה, viſitauit te virum. Pro אַתְּ, ךְ, vel כִי cũ iod quater. 2. Reg. 4. vel כִי Pſal. 103. & alias vt פְּקָדֵךְ, vel פְּקָדְכִי vel פְּקָדְכִי viſitauit te, fœminam. Pro אַתֶּם, כֶם. vt, פְּקָדְכֶם viſitauit vos viros. pro אַתֶּן, כֶן & cum paragoge ה quandoque legitur כֶנָה. vt, פְּקַדְכֶן viſitauit vos mulieres, כְּתוֹעֲבֹתֵכֶנָה ſecundum abominationem veſtram Ezechiel. 23. Legitur porrò הִי pro ו corrupto pronomine Caldæorum

more תַּגְמוּלוֹהִי retributiones eius Psal. 116. pro תַּגְמוּלָיו.

Annotatio.

Quia dictum est separata, siue integra pronomina tantùm esse nominatiui, vel vocatiui casus & obliquos ex inseparatis cōpositis cum articulis, vel præpositionibus fieri: notabis ob id, ne sequentia exempla declinationis pronominum, quòd genitiuum casum non habeant, te conturbent, inseparata pronomina nunquam nisi cum nominibus composita esse genitiui casus. Quandoquidem casus illi qui à fronte habent relatiuum שֶׁ, quanuis Passim, sed ineptè, à grāmaticis nonnullis genitiui casus esse tradantur, sunt potiùs periphrases ad possessionem significandam: vt, בֶּגֶד שֶׁלִּי, vestis quæ mihi (est): pro vestis mea. בְּגָדִים שֶׁלָּכֶם vestes quæ vobis (sunt.) pro, vestes vestræ. &c.

Omnia inseparata, siue affixa pronomina cum nominibus cōposita, ad verbum redi debent per genitiuum casum.

Pronominis tertiæ personæ generis masculini numerus singularis.

Ablatiuus,	Accusatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
ab illo.	illum	illi	ille
מִמֶּנּוּ*	אוֹתוֹ	לוֹ	הוּא

Numerus pluralis.

Ablatiuus,	Accusatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
ab illis	illos	illis	illi
מֵהֶם	אוֹתָם & אֶתְהֶם	לָהֶם & לָמוֹ	הֵם & הֵמָּה

** Epenthesis siue interpositio מ ad ornatū, in quo est daghes supplens defectum נ particulæ מִן, quia duplex daghes in נ sequenti locū habere non posset.*

Pronominis tertiæ personæ fœminini generis numerus singularis.

Ablatiuus,	Accusatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
ab illa.	illam	illi	illa
מִמֶּנָּה	אוֹתָהּ	לָהּ	הִיא

Numerus pluralis.

Nomi-

Ablatiuus,	Accuſatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
ab illis.	illas	illis	illæ
מֵהֶן	אוֹתָן & אֶתְהֶן	לָהֶן	הֵן & הֵנָּה

Pronominis ſecundæ perſonę maſculini generis nnmerus ſingularis.

Ablat.	Vocat.	Accuſat.	Dat.	Nominat.
à te.	ô tu	te	tibi	tu
מִמְּךָ	אַתָּה	אוֹתְךָ & אוֹתְכָה	לְךָ & לְכָה	אַתָּה

Numerus pluralis.

Ablat.	Vocat.	Accuſat.	Dat.	Nominat.
à vobis.	ô vos	vos	vobis	vos
מִמְּכֶם & מִכֶּם	אַתֶּם	אֶתְכֶם	לָכֶם	אַתֶּם

Pronominis ſecundæ perſonæ fœminini generis numerus ſingularis.

Ablat.	Vocat.	Accuſat.	Dat.	Nominat.
à te.	ô tu	te	tibi	tu
מִמָּךְ & מִמֵּךְ	אַתְּ	אוֹתָךְ	לָךְ	אַתְּ

Numerus pluralis.

Ablat.	Vocat.	Accuſat.	Dat.	Nominat.
à vobis.	ô vos	vos	vobis	vos
מִמְּכֶן	אַתֵּן	אֶתְכֶן	לָכֵן & לָכֵנָה	אַתֵּן & אַתֵּנָה

Pronominis primæ perſonæ vtriuſque generis numerus ſingularis

Ablatiuus,	Accuſatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
à me.	me	mihi	Ego
מִמֶּנִּי & מֶנִּי	אוֹתִי	לִי	אֲנִי & אָנֹכִי

Numerus pluralis.

Ablatiuus,	Accuſatiuus,	Datiuus,	Nominatiuus.
nobis.	nos	nobis	nos
מִמֶּנּוּ	אוֹתָנוּ	לָנוּ	אָנוּ, vel אֲנַחְנוּ, vel נַחְנוּ

Sunt præterea aliæ quædam voces, quibus in numero ſingulari duntaxat,pro pronominibus demonſtratiuis vtuntur.ut,זֶה hic,iſte,ille,maſculini generis, זֹאת,זוֹ,זֹה,hęc,iſta,illa,gen.fœm. & זוּ,vtriuſq; generis.

Sumuntur etiam ſæpenumero pronomina iſta demonſtratiua ex orationis filo,pro relatiuis.

In plurali autem pro vtriuſque generis pronomine demonſtratiuo habent אֵל hi, iſti, illi , vel hæ iſtæ, illę. Cui in fine aliquando, vt ſuprà in obliquis quorundam pronominũ, ad euphoniam & ſcripturæ decorum additur ה & daghes in ל ſic, אֵלֶּה.

Eſt illis etiam אֲשֶׁר relatiuum vtriuſque generis & numeri & שֶׁ , corruptè ab illo deriuatum eiuſdem ſignificationis , quod daghes ſequitur in prima litera dictionis, cum qua cõponitur,ſi illius fuerit capax.

Sæpenumero autem apud Hebræos,quemadmodum etiam apud Caldæos , ponitur antecedens pro relatiuo, vt obſeruatum à nobis comperies in cap. *6.* Targumi in Hoſeam prophetam & ſæpe aliàs.

Poteſt adhuc etiam vtrunque relatiuũ nonnunquam eſſe rationalis coniunctio , aut temporis aduerbium pro ſenſus commoditate.

Interrogatiua ſunt מִי , de homine duntaxat . vt, מִי אַתָּה בְּנִי quis tu fili mi? Gen.27. מָה & מֶה de quacunque alia re, homine excepto. vt , מָה אַתֶּם quid vos? (cenſetis faciendum, *)* Iudic. 18. מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ. quis (eſt*)* habitus viri? 2.Reg. 1.&c.

Quando poſt hæc interrogatiua ſequitur alterum relatiuorum expreſſum,vel ſubintelligendum , non interrogatiuè, ſed indefinitè per is, ea , id , vertenda

ſunt

ſunt. Quod crebrò & in bibliis & præſertim Hebræorum commentariis occurrit.

Quæ motiones ex frequentiori vſu ſint mutationi obnoxiæ & vnde oriatur illarum permutatio.

Motiones vocales mutabiles ſũt potiſſimùm quatuor ָ, ֵ ,ֶ , & holem quæ quatuor de cauſis vocalitatis gratia mutantur.

Prima eſt סְמִיכוּת (à סָמַךְ coniunxit,) in eſt ſyntaxis ſiue regimen, quando nomẽ regit genitiuum caſum. vt, מְשַׁל קַדְמוֹנִי prouerbium antiquitatis, ſiue antiqui (viri.) In מוּכֶרֶת porrò (à מָכַר dedit,) id eſt, in ſtatu dictionis abſoluto, ſiue in prima ſui poſitione, dicendum cum ָ ָ, מָשָׁל prouerbium.

Præterea hîc notãdum apud Hebræos nomen regens genitiuum pati mutationem, non autem, vt fit apud Latinos, genitiuũ, qui regitur. Nam cùm apud illos dicis liber Petri, liber dictio regẽs nõ mutat vultum, ſed dictio recta Petri à nominatiuo in genitiuũ.

Secunda eſt כִּנּוּי occultatiuus (à כָּנָה occultauit, quòd lateant in pronomine nomina propria,) id eſt, pronomen inſeparatum, ſiue pronominis inſeparabilis ſubiunctio. vt, מְשָׁלוֹ prouerbium illius, מְשָׁלְךָ prouerbium tis, (Latinè tuum) מְשָׁלִי prouerbiũ mis, (meum) vbi vides, ָ literæ מ in ſeua commutatum propter affixi, ſiue pronominis inſeparabilis ſubiunctionem. Eſt porrò hic obiter obſeruandum corrupta pronomina, ſiue affixa nõ componi cum gentilibus, vel cum propriis nominibus.

Tertia eſt רִבּוּי (à רָבַב multiplicauit) pluralis numerus, id eſt, quando formatur numerus pluralis à ſingula-

 gula-

gulari. vt à מָשָׁל in plurali dicitur מְשָׁלִים prouerbia.

Eadem eſt de numero duali ratio, vt à שָׂפָה labiũ, שְׂפָתַיִם duo labia.

Quarta eſt נְקֵבִיּוֹת (à נְקֵבָה fœmina,) id eſt, fœmineum genus, ſiue formatio generis fœminini à maſculino, vt à יָקָר inclitus, fit יְקָרָה inclita.

Regula.

Subinde notandum affixa pronomina nominibus ſubiuncta poſſeſſionem ſignificare: hoc eſt, rem ipſam per nomẽ expreſſam eſſe in eius poſſeſſione, vel authoritate, quem affixum indicat. vt, בִּגְדוֹ veſtis illius, מְשָׁלוֹ prouerbium illius, & c. Referũtur illa quoque nominibus iuncta aliquando ad agentẽ, aliquando verò ad patientem, vt apertè liquet ex capitis. 1. Naümi verſu. 13. propediem enim frangam מֹטֵהוּ .i. iugum illius à te, וּמוֹסְרֹתַיִךְ .i. & vincula tua: vbi הו relatiuum eſt ad agentem. i. ad iniquum Aſſyrium premẽtem & affligẽtem populum Dei, ך verò refert patientem, puta populum Dei oppreſſum. In commẽt. in illum Naümi locum profert adhuc Kimius exempla ex Eſa. 56. & ex.i. Regum. 9.

De ָ primæ ſyllabæ.

Camets ſub prima litera nominis, quæcunque exurgat mutationis cauſa & quæcunque fuerit in ſecũda ſyllaba motio, mutatur in ſeua.

De ָ alterius ſyllabæ.

Camets ſecundę nominis literæ ſubſcriptũ, quando nomen ſingulare regit genitiuum caſum, vel quãdo componitur cum altero affixorum כֶם, כֶן, mutatur in ַ. Quando verò nomen plurale regit genitiuum

uum casum, vel cum pronominibus הֶם,הֶן,כֶּם,כֶּן, cō-ponitur, permutatur in scua. Alias autem stata & permanens motio est.

Aliquādo tamen, sed rarò, vsuuenit vt ֳ secundę syllabæ in regimine singulari nō in ַ, sed in ֵ, vel etiam in ֶ ꝓpter Maccaph cōuertatur. Et suges חֲלֵב גּוֹיִם lac gētium Esa. 60. pro חֲלַב, cū Maccaph autē וּלְבֶן־שִׁנַּיִם & albus dentiū, pro, albus dentibus Genes. 49. pro וּלְבַן, iuxta istam generalem regulam & communem grammaticam proportionem.

Exemplum:

*Quia hoc nomen singularis numeri regit genitiuū casum, secundùm præscriptos canones mutatur ֳ vtriusque syllabæ.

† Quòd ה pro ו corrupto pronomine ex uicaria literarū אהוי permutatione substituatur, iam obseruatū vidisti in margine in fut. Cal verborū duplicātiū Aiin.

Participiū apud Heb. transit in nomen, quando regit genitiuum casum quemadmodum apud latinos, apud quos dicitur amans vini & amans vinum.

Regula.

Omne nomen & participium masculinum numeri pluralis regens genitiuum, vel cum affixis compositū, per Apocopen abiicit ם status absoluti, remanente tamen pro indice numeri plu-

Numerus singularis.

מָשָׁל		
* מְשַׁל קַדְמֹנִי		Regimen
מְשָׁלוֹ	vel	מְשָׁלָהּ
† מְשָׁלֹה		
מְשָׁלְךָ	vel	מְשָׁלֵךְ
מְשָׁלֶךָ		
מְשָׁלִי		
מְשָׁלָם		מְשָׁלָן
מְשַׁלְכֶם		מְשַׁלְכֶן
מְשָׁלֵנוּ		

Numerus pluralis.

מְשָׁלִים	
מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה	Regimen.
מְשָׁלָיו	מְשָׁלֶיהָ
מְשָׁלֶיךָ	מְשָׁלַיִךְ
מְשָׁלַי	
מִשְׁלֵיהֶם	מִשְׁלֵיהֶן
מִשְׁלֵיכֶם	מִשְׁלֵיכֶן

ralis

ralis י quieſcente, aut ſemel מְשָׁלֵינוּ mobili per hiric paruum, præterquam cum affigitur י primæ perſonæ pronomen, tunc enim, ne duplex iod concurrat י pluralis numeri index euaneſcit & י pronomen habet ante ſe literam affectam ֵ pro ſigno pluralis numeri. Eadem etiã eſt de dualibus nominib⁹ ratio ex frequẽtiori vſu. vt, à שָׂפָה labiũ שְׂפָתַיִם duo labia: In regimine שִׂפְתֵי מִרְמָה labia mẽdacij (doloſa.) Pſal. 17. cum affixis שְׂפָתָיו labia illius, שְׂפָתֶיךָ labia tua שְׂפָתַי labia mea: & ſic cum affixis aliis frequenter.

Non deſunt porrò, quæ retinentia literas ים vidẽtur regere genitiuum, cùm tamen per Kimhium in illis, vt præmoneatur tyro, dictio regens ſupplenda ſit hoc modo, אַרְבָּעָה טוּרִים אָבֶן quatuor ordines (ſupple טוּרֵי i. ordinum) lapidis: pro, lapidum Exo. 28. ſic סִיגִים כֶּסֶף ſordes (ſupple סִיגֵי. i. ſordium) argenti. Ezec. 22. Sic etiam in dualibus fit vt, מַיִם בִּרְכַּיִם aquæ (ſupple מֵי aquarum) genuum Ezechiel. 47. Per eundem quoque Kimhium in huiuſmodi nihil ſupplendum eſt, vt vertere poſſis: quatuor ordines lapidis: ſordes argẽti: aquæ genuũ: ſic enim illa cum ſui ſimilibus deflectẽt à communi & vulgata aliorum norma, qua ם deſideratur per Apocopen, vt iam dictum eſt, in plurali regimine.

Quandoque etiam conſequenter & ex ordine duplex regimen exprimitur tam in ſingulari quam in plurali numero. Et dedit Ioabus אֶת־מִסְפַּר מִפְקַד־הָעָם numerum ſupputationis populi. 2. Samuel. 24. dicitur enim in ſtatu abſoluto מִסְפָּר & מִפְקָד, per ָ in vltima. In plurali infatuabitur conſilium חַכְמֵי יֹעֲצֵי פַרְעֹה ſapien-

ſapientum conſiliariorum Pharaonis Eſaiæ.19.in ſtatu abſoluto plurali namque dicitur חֲכָמִים & יֹעֲצִים.

Sæpenumerò etiam accidit,vt talis ם fiat apocope, ſi ſequatur litera aliqua ſeruilis.vt,חוֹסֵי בוֹ ſperantes in illo,Nahum.1.pro חוֹסִים,vel particula aliqua alia,יוֹרְדֵי אֶל־אַבְנֵי־בוֹר deſcendentes ad lapides foueæ. i. in lapideū ſepulchrū Eſa. 14. pro יוֹרְדִים. Sic וְהֹלְכֵי עַל־דֶּרֶךְ Et euntes per viam.i. viatores Iudicum 5. pro הֹלְכִים.

Sequēte etiam pronomine,ſed rariſſimè vt מְשָׁרְתֵי אֹתִי miniſtrantes mihi Ierem.33. pro מְשָׁרְתִים. Nonnulla denique vſui tribuenda occurrunt quandoque in ſtatu regiminis pluralis, quæ patiuntur Apocopen ם, vt pręcedentia, tametſi nō ſequatur ſeruilis litera, aut particula vt חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים feneſtrę Patulæ.3.Reg.6. Et חַלּוֹנָי Ierem . 22. pro חַלּוֹנִים , vbi Iod index pluralis numeri coaleſcit cum præcedente ſyllaba tanquā vocalis in diphthongo, nō enim otiatur & taciturnum eſt: quod aliis paucis vſu venit.De huiuſmodi porrò varietatibus pluralis numeri maſcul. diffuſè tractauit Kimhius in Miclol in lapide vndecimo, vbi loquitur de plurali maſculino ipſius Benoni Cal. Vide theſaurum Sanctis in radice נוב.

In hoc plurali nomine מִשְׁלֵי & ſimilibus regentibus genitiuum caſum, vel compoſitis cum pronominibus חֶם, חֶן, כֶם, כֶן, vtrunque ‑ numeri ſingularis abſoluti, in ſeua per regulas præſcriptas conuertitur.

Quòd autem hîc non ſeua ſub prima,ſed hiric cōſpicias, non te conturbet. Siquidem quoties duplex ſeua primis duabus literis dictionis eſt ſubſcribendū, ſemper conſonantiæ, ſiue vocalitatis gratia,ſeua

quod primæ literæ alioqui subscriberetur, migrat in hiric, vel in ֲ, quãdo prima est gutturalis, ne contra grammatices præcepta duplex seua concurrat initio dictionis & vtrunque legatur. Vnde non מְשְׁלֵי, sed מִשְׁלֵי, non דְבְרֵי, sed דִּבְרֵי, non ab עֲנָוִים mansueti, עֲנְוֵי, sed עַנְוֵי dicitur, cuius singulare est עָנָו mansuetus, ab עָנָה humiliauit, siue se submisit.

Annotatio.

Obserua diligenter in hoc nomine מָשָׁל tanquam in archetypo, quibusnam motionibus affecta fuerit tertia thematis litera accedentibus inseparatis pronominibus: Iisdem enim motionibus in omnibus aliis nominibus afficietur illa.

De ֶ primæ syllabæ.

Segol primæ syllabæ, quæcunque accesserit mutationis causa, conuertetur in seua.

De ֶ secundæ syllabæ.

Segol secundæ syllabæ, semper mutatur in seua, præterquam in nomine plurali absoluto, in quo & cum quibuslibet affixis aliis quàm הֶם, הֶן, כֶם, כֶן, commutatur in ָ.

Regula.

†In nomine singulari genitiuũ regente non mutantur motiones nisi ֶ & ֵ, quod quidem ֵ habeat ֶ, vel ante se, vel post se.

Hîc vbique est hiric pro seua, propter alterum seua sequens, in quod mutatum est

Exemplum:

Numerus singularis.

	בֶּגֶד
Regimen בֶּגֶד כֵּיפָא	† ֵ *Vestis Petri.
בִּגְדָהּ	בִּגְדוֹ
בִּגְדֵךְ	בִּגְדְךָ
	בִּגְדִי
בִּגְדָן	בִּגְדָם
בִּגְדְכֶן	בִּגְדְכֶם

est ·.· secundæ syllabæ per suam regulam. בִּגְדֵנוּ

Numerus pluralis.

בְּגָדִים

† Vestes purpuræ. Regimen †בִּגְדֵי אַרְגָּמָן

בִּגְדֵיהֶן	בִּגְדֵיהֶם	בְּגָדֶיהָ	בְּגָדָיו
בִּגְדֵיכֶן	בִּגְדֵיכֶם	בְּגָדַיִךְ	בְּגָדֶיךָ
	בְּגָדֵינוּ		בְּגָדַי

Exemplum, quomodo mutetur ·.· in −, quòd illæ sint motiones commutabiles vicaria substitutione.

Numerus singularis.

מֶלֶךְ

* Rex Galliæ. Regimen * מֶלֶךְ צָרְפַת

Quia ·.· & − motiones sũt inter se commutabiles, in his duobus exemplis & similibus vocalitatis gratia (ne seua sequens in quod mutatum est ·.· secũdæ syl-	מַלְכָּהּ	מַלְכּוֹ
	מַלְכֵּךְ	מַלְכְּךָ
		מַלְכִּי
	מַלְכָּן	מַלְכָּם
	מַלְכְּכֶן	מַלְכְּכֶם
		מַלְכֵּנוּ

labæ, fiat mobile) vsu fit, vt ·.· primæ syllabæ hîc, nõ in seua, vel in −: sub gutturali exempli sequentis, sed in ⫶ commutetur & sequatur seua quiescens.

Numerus pluralis.

מְלָכִים

* Reges terræ. Regimen + מַלְכֵי אֶרֶץ

מַלְכֵיהֶן	מַלְכֵיהֶם	מְלָכֶיהָ	מְלָכָיו
מַלְכֵיכֶן	מַלְכֵיכֶם	מְלָכַיִךְ	מְלָכֶיךָ
	מְלָכֵינוּ		מְלָכַי

Exemplum quomodo ·.· in − & non in ⫶ sub litera gutturali, mutetur propter seua sequens, in

quod per ſuum canonem mutatum eſt ∵ ſecundæ ſyllabæ.

Numerus ſingularis.

			עֶבֶד
•Seruus ſeruorum.		Regimen	• עֶבֶד עֲבָדִים
עַבְדָּן	עַבְדָּם	עַבְדָּהּ	עַבְדּוֹ
עַבְדְּכֶן	עַבְדְּכֶם	עַבְדֵּךְ	עַבְדְּךָ
	עַבְדֵּנוּ		עַבְדִּי

Numerus pluralis.

	עֲבָדַי		עֲבָדִים
עַבְדֵיהֶן	עַבְדֵיהֶם	Regimen	עַבְדֵי יְהוָֹה
עַבְדֵיכֶן	עַבְדֵיכֶם	עֲבָדֶיהָ	עֲבָדָיו
	עֲבָדֵינוּ	עֲבָדַיִךְ	עֲבָדֶיךָ

Exemplum mutationis – ſubſtituti pro ∵ ſecundæ ſyllabæ.

Numerus ſingularis.

		זֶרַע
* Semen agri.	Regimen	* זֶרַע שָׂדֶה
	זַרְעָהּ	זַרְעוֹ
	זַרְעֵךְ	זַרְעֲךָ
		זַרְעִי
	זַרְעָן	זַרְעָם
	זַרְעֲכֶן	זַרְעֲכֶם
		זַרְעֵנוּ

Regula.

Nomina quorum thematis tertia eſt ח, aut ע, pro ∵ habent ſub ſecunda –.

Quorum autem ח, aut ע eſt ſecunda, in vtraque ſyllaba paucis exceptis, de quorum numero ſunt לֶחֶם panis, רֶחֶם vulua, pro ∵ ∵ habent – –, quod perinde ac ſi eſſet ∵ mutatur, vt ſequens exemplum docebit.

Numerns pluralis.

		זְרָעִם
	Regimen	זַרְעֵי אֶרֶץ
	זְרָעֶיהָ	זְרָעָיו
	זְרָעַיִךְ .	זְרָעֶיךָ
		זְרָעַי

Vnde

Vnde in huiusmodi semper accentus, vt in illis quæ duplici efferũtur ∵ , est in penultima.

וַרְעֵיהֶן	וְרֵעֵיהֶם
וַרְעֵיכֶן	וַרְעֵיכֶם
	וְרֵעֵינוּ

Siquidem talis − pro ∵ substitutio, nulla fit alia de causa, quàm vt facilior & clarior sit in istis duabus densis aspirationibus pronuntiatio. Faciliùs enim & clariùs − quàm ∵ sub illis proferimus. Non igitur scribendum וֶרַע, sed וֶרַע nõ בַּעַל, sed בַּעַל. non פֶּסַח, sed פֶּסַח pascha. non נַחַל, sed נַחַל. &c. Nomina porrò יֶשַׁע salus, זֶבַח sacrificium & nonnulla alia, mutant ∵ non in − vt fit in וֶרַע sed in Iric vt יִשְׁעוֹ, יִשְׁעָה, זִבְחוֹ, זִבְחָה vt in בֶּגֶד fit. ∵ enim − & Iric paruum sunt motiones commutabiles.

Exemplum quomodo propter mediam gutturalem ע, duplex ∵ in duplex − commutetur. Eadem sit tibi ratio, de his, quorum secunda est ח, vt est נַחַל fluuius, & similia.

Numerus singularis.

בַּעַל

Regimen *בַּעַל חֲלֹמוֹת *Magister somniorum.

בַּעֲלָן	בַּעֲלָם	בַּעֲלָהּ	בַּעֲלוֹ
בַּעַלְכֶן	בַּעַלְכֶם	בַּעֲלֵךְ	בַּעַלְךָ
	בַּעֲלֵנוּ		בַּעֲלִי

Numerus pluralis.

בְּעָלִים

Regimen † בַּעֲלֵי גוֹיִם † Domini gentium.

בַּעֲלֵיהֶן	בַּעֲלֵיהֶם	בְּעָלֶיהָ	בְּעָלָיו
בַּעֲלֵיכֶן	בַּעֲלֵיכֶם	בְּעָלַיִךְ	בְּעָלֶיךָ
	בְּעָלֵינוּ		בְּעָלַי

Quædam porrò ſunt habentia duplex ־ pro ·.· ·.· propter mediam gutturalem, quæ cum affixis non huius archetypi בַּעַל ſequuntur normam & proportionem, ſed archetypi מֶלֶךְ, de quorum numero ſunt פַּחַד timor, cũ affixis פַּחְדּוֹ &c. טַעַם guſtus cum affixis, טַעְמְךָ טַעְמוֹ &c.

De ·· primæ ſyllabæ.

Tſeri prioris ſyllabę ſemper mutatur in ſeua modò in ſecunda ſyllaba ſit ־ָ, vel ·.· . aliàs non mutatur.

Exemplum quando in ſecunda ſyllaba eſt ־ָ.

Numerus ſingularis.

Vinum vel ſicera.			שֵׁכָר
* Vinum adulterij.		Regimen	* + שְׁכַר נִאוּף
שְׁכָרָן	שְׁכָרָם	שְׁכָרָהּ	שְׁכָרוֹ
שְׁכַרְכֶן	שְׁכַרְכֶם	שְׁכָרֵךְ	שְׁכָרְךָ
	שְׁכָרֵנוּ		שְׁכָרִי

Numerus pluralis.

	שְׁכָרַי		שְׁכָרִים
שִׁכְרֵיהֶן	שִׁכְרֵיהֶם	Regimen	שִׁכְרֵי נְאָפִים
שִׁכְרֵיכֶן	שִׁכְרֵיכֶם	שְׁכָרֶיהָ	שְׁכָרָיו
	שְׁכָרֵינוּ	שְׁכָרַיִךְ	שְׁכָרֶיךָ

Exemplum, quando in ſecunda ſyllaba eſt ·.· .

Numerus ſingularis.

			שֵׁבֶט
* Sceptrum regni tui.		Regimẽ	* שֵׁבֶט מַלְכוּתְךָ
Annotatio.		שִׁבְטָהּ	+ שִׁבְטוֹ
+ Seua in quod mutatum		שִׁבְטֵךְ	שִׁבְטְךָ
eſt ·· primę ſyllabæ, in hiric			שִׁבְטִי
paruũ conuertitur, eò quòd		שִׁבְטָן	שִׁבְטָם
·.· ſecunda motio commu-		שִׁבְטְכֶן	שִׁבְטְכֶם

tanda

tanda veniat in alterum ſe- · שִׁבְטֵנוּ
ua per ſuum canonem, legeretur enim duplex ſeua, ſi primum, in quod mutatum eſt ··, remanſiſſet.

Numerus pluralis.

	שְׁבָטַי		שְׁבָטִים
שִׁבְטֵיהֶן	שִׁבְטֵיהֶם	Regimen	שִׁבְטֵי מְלָכִים
שִׁבְטֵיכֶן	שִׁבְטֵיכֶם	שְׁבָטֶיהָ	שְׁבָטָיו
	שְׁבָטֵינוּ	שְׁבָטַיִךְ	שְׁבָטֶיךָ

Exemplum quando prima litera eſt ע, vel ח.

Numerus ſingularis.

	עֵגֶל
Regimen	עֵגֶל מַסֵּכָה *
עֶגְלָהּ	עֶגְלוֹ
עֶגְלֵךְ	עֶגְלְךָ
	עֶגְלִי
עֶגְלָן	עֶגְלָם
עֶגְלְכֶן	עֶגְלְכֶם
	עֶגְלֵנוּ

Numerus pluralis.

	עֲגָלִים
Regimen	עֶגְלֵי זָהָב
עֲגָלֶיהָ	עֲגָלָיו
עֲגָלַיִךְ	עֲגָלֶיךָ
	עֲגָלַי
עֶגְלֵיהֶן	עֶגְלֵיהֶם
עֶגְלֵיכֶן	עֶגְלֵיכֶם
	עֲגָלֵינוּ

* Vitulus conflationis. (conflatilis) Exod. 32.

Quando prima thematis eſt vel ע, vel ח & afficitur ·· ſequente ·:· ſub ſecunda litera, illud ·· in ſingulari quidem numero cum affixis, in plurali regimine, quatuòrque affixis הֶם, הֶן, כֶם, כֶן, in ·:· commutatur, ex quo quidem ·:· propter alterum ſeua ſequens, in quod mutatum eſt ·.· ſecundæ ſyllabæ per ſuũ canonem, detrahitur ſeua & remanet tantùm ·.·. De hac re latiùs, quando de ſemipunctis memini, tractatur pag. 18.

Cæte-

Porrò etiam pro אֲשֶׁר coniunctione sumitur, Ecclesiastic. 3. vbi sic legitur, לְבָרָם הָאֱלֹהִים quòd delegit eos Deus. Vbi ל præponitur verbo בָּרָה composito cum pronomine, & pro quòd, vel vt, accipitur: quomodo porrò ל sit articulus, iam supra dictũ est. Quomodo etiam adhibeatur nominibus אֱלֹהִים & אֲדֹנָי dictum est in ו. Quomodo quoque ל efferatur per ַ dictum est in ו infinitiuum cal defectiuorum pe nun.

ב Litera hæc à בַּיִת intus, intra, vel à בֵּין in, inter, deducta: intra, intus, in, inter, per, propter, significare poterit. Significat etiam aliquando ad, de, cum. Porrò significat etiam vsque ad. vt, בְּהַשָּׁמַיִם חַסְדֶּךָ vsque ad cœlos misericordia tua, Psalm. 36. sic Thren. 4. vt in Miclol & in commentariis in Psalmos dixit Kimhius.

Cæterùm, quod prętermitti non debet, trium harũ literarum כלב eadem omnino est pũctorum ratio sit que in his tribus præpositis ipsi הֵא הַיְדִיעָה, syncope, siue resciſsio ipsius ה haiedia, sed reiecto, suo peculari seua vendicatóque sibi puncto ה syncopati, siue sublati de medio, כַּכֹּהֵן sicut sacerdos, non autem כְּהַכֹּהֵן. בַּבַּיִת, non autem בְּהַבַּיִת. לָאָדָם, non לְהָאָדָם. Quomodo

autem adhibeatur à fronte vocabulis אֱלֹהִים & אֲדֹנָי, dictum est in ו.

Obiter etiã annotato, literas omnes istas כשחוכלב sæpe in contextu desiderari, sicut & dictiones aliæ, quę facilè, ab eo qui in Hebraïsmo versatus est, ex orationis filo supplẽtur. Vt enim Iohannes Isaacus doctiss. Senatus Colon. professor Heb. linguæ & propugnator studiosiss. Hebraicæ veritatis ex Caldæis deprompsit, שְׁרָגָא בְּטִיהֲרָא מָה מְהַנְיָא, id est. Lucerna in meridie quid prodest? Solent nãque graues & idonei authores supprimere, quæ ineptè leues & sordidi exprimunt. Vide Miclol in fine functionis harum literarum, vbi absentes esse sæpe istas literas doctissimè probatur à Dauide Kimio ex multis scripturæ locis.

DE NVMERIS.

Cardinales, siue principales numeri.

Contra communem regulam generis nominũ, nomina numeralia cardinalia masculina, à tribus ad decem terminationẽ fœmininã in ה præcedẽte ָ & accentu habent. Contrà verò fœminina masculinam.

Item numeralibus cardinalibus singularis numeri ferè iungũtur pluralia nomina vt. מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים iter triũ dierũ, Ionæ.

Fœminin.	Masculin.
Vna אַחַת	*Vnus* אֶחָד
Dua שְׁתַּיִם	*Duo* שְׁנַיִם
Tres שָׁלֹשׁ	*Tres* שְׁלֹשָׁה
Quatuor אַרְבַּע	*Quatuor* אַרְבָּעָה
Quinque חָמֵשׁ	*Quinque* חֲמִשָּׁה
Sex שֵׁשׁ	*Sex* שִׁשָּׁה
Septem שֶׁבַע	*Septem* שִׁבְעָה
Octo שְׁמֹונֶה	*Octo* שְׁמֹונָה

3. Pluralis numeri verò ſingularia. vt, עוֹד אַרְבָּעִים יוֹם adhuc quadraginta dies, Ionæ ca. eodem, vbi eſt יוֹם ſingularis numeri pro plurali יָמִים, & ſimilia crebrò. Vel etiam locus Ionę ſic reddi poteſt. Adhuc quadrageſimus dies erit (ab hoc die) & Niniue ſubuertetur. Poſſunt namque, vt in ordinalibus numeris dicetur, cardinales numeri, à denario numero, ordinales numeri eſſe, pro ratione ſententię conſiderato orationis filo.

†Ex עֲשָׂרָה decem maſculino coniuncto cũ vnitate vel cum alio numero, fit עָשָׂר & ex עֶשֶׂר fœmin. fit עֶשְׂרֵה, vt hîc conſpicuum eſt. Vocalitatis & breuitatis gratia pro שְׁנַיִם & שְׁתַּיִם legitur conciſè שְׁנֵים & שְׁתֵּים.

Nouem תֵּשַׁע	*Nouem* תִּשְׁעָה
Decem עֶשֶׂר	*Decem* †עֲשָׂרָה vel עֲשֶׂרֶת
Vndecim אַחַת עֶשְׂרֵה vel עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה	*Vndecim* אַחַד עָשָׂר
Duodecim שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה	*Duodecim* שְׁנֵים עָשָׂר
Tredecim שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה	*Tredecim* שְׁלֹשָׁה עָשָׂר
Quatuordecim אַרְבַּע עֶשְׂרֵה	*Quatuordecim* אַרְבָּעָה עָשָׂר
Quindecim חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה	*Quindecim* חֲמִשָּׁה עָשָׂר
Sexdecim שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה	*Sexdecim* שִׁשָּׁה עָשָׂר
Septemdecim שְׁבַע עֶשְׂרֵה	*Septemdecim* שִׁבְעָה עָשָׂר
Octodecim שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה	*Octodecim* שְׁמֹנָה עָשָׂר
Nouemdecim תְּשַׁע עֶשְׂרֵה	*Nouemdecim* תִּשְׁעָה עָשָׂר

Hæc nomina quæ pluralis numeri ſunt, toties decẽ ſignificant, quoties vnũ in numero ſingulari. Excipitur עֶשְׂרִים, quod non centũ, ſed ſolùm bis decem, id eſt,

Communis generis.

Viginti	עֶשְׂרִים
Triginta	שְׁלֹשִׁים
Quadraginta	אַרְבָּעִים
Quinquaginta	חֲמִשִּׁים
Sexaginta	שִׁשִּׁים

viginti, significat.

His à viginti cùm sint cō-munis generis, vel vnitaté, vel digitos numeros vtriusque generis iūges, qui inter vnitaté & denarium cō-tinentur numerū & nouem non excedunt. Deinde seruato ordine numerorum articulorum, qui ex decē vnitatibus, aut binariis, aut ternariis, aliisve decuplatis numeris consurgunt: vel cō-positorū, siue mixtorum, qui comprehēduntur inter duos quosuis proximos articulos & ex priore articulo & aliquo digitorum resultant, multiplicabis in infinitum, pręcedente tamen sæpius vnitate, vel minori numero maiorem. vt, אַחַת וְעֶשְׂרִים vel אֶחָד vnus, vel vna & viginti, &c.

Septuaginta	שִׁבְעִים
Octoginta	שְׁמוֹנִים
Nonaginta	תִּשְׁעִים
Centum	מֵאָה
Ducenta	מָאתַיִם
Pluries centum	מֵאוֹת
Mille	אֶלֶף
Duo milia	אַלְפַּיִם
Plura milia	אֲלָפִים
Myrias.	רְבָבָה vel רִבּוֹא vel רִבּוֹ

Ordinales Num. quibus ordo & series rerum ostenditur.

A denario numero ordinales numeri sunt, sed pro illis vtuntur numeris cardinalibus articulis videlicet iūctis vnitati, vel digitis numeris sic, אַחַד עָשָׂר vndecim, vel vndecimus, עֶשְׂרֵה אַחַת vel, עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה vndecim, vel vndecima כְּבֶן עֶשְׂרִים שָׁנָה

Fœminin.	Masculin.
Prima רִאשׁוֹנָה	*Primus* רִאשׁוֹן
Secunda שְׁנִיָּה & שֵׁנִית	*Secundus* שֵׁנִי
Tertia שְׁלִישִׁית & שְׁלִישִׁיָּה	*Tertius* שְׁלִישִׁי
Quarta רְבִיעִית	*Quartus* רְבִיעִי
Quinta חֲמִישִׁית	*Quintus* חֲמִישִׁי
Sexta שִׁשִּׁית	*Sextus* שִׁשִּׁי

à filio

a filio vigeſimi anni Nũ. 1. ſic מִבֶּן שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וָמַעְלָה עַד בֶּן־חֲמִשִּׁים שָׁנָה à filio trigeſimi anni & ſupra, ad filiũ quinquageſimi anni, Numer. 4. Quandoquidẽ cardinalia nomina à decẽ, ordinalia indifferẽter eſſe poſſunt. Quare in huiuſmodi incidens ex orationis filo, iudica quid optimè ſenſui conueniet.

Septima	*Septimus*
שְׁבִיעִית	שְׁבִיעִי
Octaua	*Octauus*
שְׁמִינִית	שְׁמִינִי
Nona	*Nonus*
תְּשִׁיעִית	תְּשִׁיעִי
Decima	*Decimus*
עֲשִׂירִית	עֲשִׂירִי

A denario numero repete pro ordinalibus, cardinales numeros.

De numero qui fit per literas.

17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
יז	יו	*טו	יד	יג	יב	יא	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
34	33	32	31	30	29	28	27	26	25	24	23	22	21	20	19	18
לד	לג	לב	לא	ל	כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב	כא	כ	יט	יח
50	49	48	47	46	45	44	43	42	41	40	39	38	37	36	35	
נ	מט	מח	מז	מו	מה	מד	מג	מב	מא	מ	לט	לח	לז	לו	לה	
900	800	700	600	500	400	300	200	100	90	80	70	60				
תתק	תת	תש	תר	תק	ת	ש	ר	ק	צ	פ	ע	ס				
10000	9000	8000	7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000							
יׄאׄ	טׄאׄ	חׄאׄ	זׄאׄ	וׄאׄ	הׄאׄ	דׄאׄ	גׄאׄ	בׄאׄ	אׄ							

*Ex ſuperſtitione quadã inani. 15. exprimere ſolẽt Heb. per טו pro יה, timẽtes ne ſic vnũ ex diuinis nominibus profanaretur.

Si porrò literæ אֽ ſubſcribatur perpendicularis linea, ſic אֽ, millenariũ ſignificabit numerum, ſicut etiã ſi aliis ſubſcribatur literis בֽ, 2000. גֽ, 3000. דֽ, 4000. הֽ, 5000. וֽ, 6000. זֽ, 70000. חֽ, 8000. טֽ, 9000. יֽ, 10000. efficiet. Et ſic cum aliis literis.

Finales literæ etiam interdum ab Hebræorum nõnullis pro numeris vſurpantur, ſic

900	800	700	600	500
ץ	ף	ן	ם	ך

Postremò solent literas pro numeris captas duobus apicibus acutis supersignare, sic, התק״א 1546. Iste porrò annus est, quo huius operis primam editionem fecimus, in mēse Maio.

De accentibus.

Accentus ab Hebræis טַעַם, id est, gustus, metaphoricῶs appellatus est.

Grammatici accentus suos mutuati sunt à musicis, ne si figuras accentuum aliàs excogitassent illi pro grammatico suo accentu, plus satis oneratę essent dictiones tot accentibus & fieret inde contextus sacri deformitas. Cæterùm tam variæ & multiplices accentuum figuræ ipsis musicis canoris & modulationis signa sunt, in quarum valore & potestate in omnibus synagogicis nō conueniunt illi: non enim modos & numeros canendo eosdem vbique sequuntur.

Accentus in duos diuiduntur ordines. Alij enim מְלָכִים reges (quos Latini distinguentes appellāt) vocantur. Quorum officium est, vt præter musices & eleuationis vocis cognitionem, tanquam cola, commata & virgulæ, perfecti & imperfecti sensus orationis etiam notitiam & illustrationem adferant. Non tamen eos omnes æquam in distinguēdo potestatem habere dicimus, quandoquidem septem primis sequentis tabulæ potissimùm exceptis, reliqui grauitatem & dignitatem adferre contextui orationis magis videntur, (vt apud Latinos facit virgula) quàm distinguere: vnde contextum accentibus regibus abundanter insignitum & illustratum, cum grauitate, consideratione, reuerentia & iudicio legas,

gas,oportet. Solet namque reuerẽtię & honoris gratia,huiuſmodi regum accentuum frequens & veluti redundans expreſſio fieri,quãdo aliquid magni momenti & magna attentione dignũ occurrit in ſacratis libris, vt ex decalogo, ex primo verſu Naümi vatis, ex illius primi capitis verſu 7. & paſſim aliũde apertè liquet : graues namque ſentẽtias ſolent patres circũciſi Maſorethæ,qui biblia ſacra accentibus & pũctis illuſtrauerunt,præſentia & expreſſione frequenti regum accentuum honorare. Non enim tam parui momenti eſt accentus cognitio, vt quæ conferri etiam non poſſit cum optimis cõmentariis, כי עיקר גדול הוא לשמור דרך הטעמים magna namq; energia eſt, in obſeruando vſu accẽtuum,ait Aben Ezra in verſum nonum cap. primi Eſaiæ.

Alij מְשָׁרְתִים, id eſt,miniſtri appellantur, qui (quòd præcedant tanquã adiuncti miniſtri reges, ſeu diſtinguentes accentus, nomen famuli ſortiti ſunt) continuantes orationem, ſyllabam, dictionis quam occupant, pertrahendam ac celeritate quadã decoro pronuntiationis ſeruato, proferendã indicant, donec ad accẽtum regem,qui diſtinguendi vim habet,ventum fuerit, quare ſcitè quidem ſatis & commodè Hebr. grammatici illos סְמוּכִים,id eſt, adiunctos וּמְמַשְּׁכִים, id eſt,& pertrahentes ſępenumero appellant. Ad muſicam etiam faciunt iſti,vt diſtinguentes. Eſt verò vtriuſque ordinis accentuum, quàntum à grammaticis conſiderantur, ſemper attollere vel penultimam,vel vltimam ſyllabam in qua ponuntur & locum habẽt: nunquam enim accentus grammaticus, hoc eſt legi-

 timus

timus, ſiue natiuus, locum habet apud Hebræos & Caldæos in antepenultima.

Notandum etiam obiter propter accentus diſtinguentes, ſiue reges (preſertim propter ſeptẽ primos in tabula ſequẽti expreſſos) motionũ paruarũ in magnas contra rationem grãmatices plurimùm fieri mutationes: videlicet ַ in ָ, ֶ in ֵ & ָ, ֶ in ו, ֳ in ו, & ſeua genuïni dictionis in ֶ. Nam ſeua per accidens poſitum, (illud enim variãdi dictiones gratia aliquãdo pro nota aliqua vocalis poni & ſubſtitui ſolet) in accentu diſtinguẽte reuertitur in motionẽ ipſam cuius vicem gerebat, quę ſi fuerit breuis, conuertetur in longam: quæ omnia ex lectione contextus facilè eſt obſeruare. Obſeruandum quoque obiter eſt, ipſos accentus diſtinguentes plerũque retrahi ab vltima ſyllaba in penultimam & huiuſmodi retractionis incertam eſſe regulam.

Nomina & figuræ omnium regum.

	גרשים	א	סגולתא		סוף פסוק
א	vel		פשטא	א	vel
	מרשים	א	vel		סילוק
א	יתיב		פשט	א	אתנח
א	ירקא	א	פסק׳	א	זקף גדול
א	פזר גדול	א	לגרמיה׳	א	זקף קטון
א	פזר קטון		גרש	א	רביע
א	קרני פארה		vel	א	תביר
א	שלשלת	א	אזלא		טפחא
א	תלישה גדולה		vel	א	vel
			טרס		מרחא

Sunt accẽtus tum reges, tum miniſtri nonnulli, vt ex tabulis iſtis videtur, non figura, ſed nomine diſſimiles: mutãt enim nomen pro ratione ſitus ſui in ſacratis libris ad modulamina & hoc ad muſicos pertinet.

Nomina

Nomina & figuræ omnium miniſtrorum.

	תְּרֵין חוטְרִים		מַהְפַּךְ		מונַח
אׄ	קַדְמָא	א֤	vel		vel
	תְּרְסָא		שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ	אֽ	שׁוֹפָר יְשַׁר
אׄ	vel	א֨	מְאַיְּלָא		vel
	תְּלִשָׁא קְטַנָּה	א֨	סִירְכָא פְּשׁוּטָה		שׁוֹפָר הוֹלֵךְ
א֧	דַּרְגָא	א֨	סִירְכָא כְּפוּלָא	א֦	עִלּוּי
א֪	יָרֵחַ בֶּן יוֹמוֹ		vel	א֦	מַכַּרְבֵּל

Præter regulas in hoc opere ſparſas ſitus accentuũ ſequũtur archetypi, ad quos reducenda cætera nomina ſunt.

Monoſyllaba ſemper habẽt expreſſum accentũ, niſi ſic iungãtur per maccaph dictioni ſequẽti, בֶּן־אָדָם filius hominis, &c.

Habent enim lineam trãſuerſam, quam מַקָּף, id eſt, coarctatorem, ſiue copulatorem vocant, de qua adhuc in articulo אֵת ſupra dictum eſt, qua præſertim dictiones monoſyllabas, (vt hîc modò vidiſti) cum aliis vnico grammatico accentu iungunt. Vel etiã polyſyllabas dictiones, quæ alioqui haberẽt accentuũ in vltima, quod paſſim verum comperirur ex ſacratorum librorum lectione יִשְׁמָר־לָנוּ cuſtodiet nobis, Iere. 5. & alia plurima : pro יִשְׁמוֹר לָנוּ, nam ſic duo accentus ſeſè contingerent & confunderent fieretque cacophonia : ſimiliter mutatur motio longa dictionis primæ in breuem, vt hîc vides in בֶּן, propter maccaph enim ·.· pro ·· ſubſtituitur, nam ſtatus abſolutus eſt בֵּן filius per ··, ſic in exemplo יִשְׁמָר־ camets hatuph pro holem propter maccaph ſufficitur, quoniam ſtatus abſolutus illius eſt יִשְׁמוֹר cuſtodiet. Itaque

que accelerandi etiam nota dici poterit maccaph, quòd duas, vel plures dictiones vocalitatis gratia, ne plures accentus ſeſe contingant & confundant, vnico grammatico, ſiue natiuo accentu contentas eſſe faciat, eaſque ad illum properare cogat.

Nunquam ſeua vel ſimplex, vel compoſitum, accentum grammaticum ſecum habere poteſt. vt, פְּרִי fructus, אֱמֶת veritas, & c. Nam gaia, ſiue metheg, de quo adhuc paulò poſt, quando poſt literam affectam ſeua ſequitur gutturalis litera, vel י, quod non notatũ ſit per hiric, in dextero, vel ſiniſtro latere ipſius ſeua exprimi poteſt, cùm accentus non ſit grammaticus, ſiue naturalis gaia, qui à Kimhio cum metheg, confundi ſolet, ſed aduentitius. Tale quid etiam obſeruandum eſt vſu, quãuis non ſequatur poſt literam affectam ſeua litera gutturalis, aut י non inſignitum hiric. In huiuſmodi enim ſeua nonnihil prēter naturã ſuam protrahitur huiuſce accentus gaia, ſiue metheg beneficio.

Nσmina formæ, ſiue proportionis בֶּגֶר, שֵׁבֶט, פֶּסַח, שְׁחֶלֶת, פָּרֹכֶת, שִׁבֹּלֶת, כּוֹתֶרֶת, תּוֹלַעַת, כַּפֹּרֶת, חֹרֶשׁ, חֳלִי, נֹגַהּ, דַּלֶּקֶת, בַּהֶרֶת, קָרַחַת, אִוֶּלֶת, נַעַר, תִּפְאֶרֶת, דְּבֶלֶת, נְחֹשֶׁת, עֲטֶרֶת, בֹּחַן, אָחוּ, תֹּהוּ, מָוֶת, בַּיִת, צַלְמָוֶת, קֻבַּעַת, כֻּסֶּמֶת, כֻּתֹּנֶת habent per grammaticam, accentum in penultima. Cætera verò omnia nomina quorum hîc non eſt ſuum exemplar, ad cuius portionem reducantur, accentum in vltima habebunt: niſi fortaſſis nonnulla reperiantur, quæ per humanam imbecillitatem non ſatis animaduerterim.

Quia affixa cum nominibus & verbis iuncta vidiſti,

ſti, item verborum claſſes ſingulas in ſingulis coniugationibus & vocibus ſignatas eſſe in debita ſyllaba accentu, ne moleſti videamur, ad ipſos archetypos te remittendo, nullas illorum alias adducemus regulas.

מֶתֶג Metheg, id eſt, frænum qui נַעְיָא, id eſt, mugitus, ſiue lentiſonus & הַעֲמָדָה, id eſt, mora, ſiue retinaculum accentus rhetoricus dicitur, non autem grammaticus, ſiue natiuus dictionis, ſed aduentitius, ad venuſtatem pronuntiationis vtcunque retinens & producens ſyllabam motionis magnæ, quoties inter motionem magnam & accentum grammaticum, ſiue natiuum dictionis interponũtur ſyllaba, vel ſyllabę, vel ſcua, ne nimis celeriter & abruptè pronuntietur, vt pagina.16.51.116. & aliàs in hoc opere vidiſti.

De ſcua regulæ tres.

Quando & quomodo habere poſſint literæ gutturales ſcua purum, ſiue ſimplex, tres ſequentes regulæ docent.

Prima, ſi literam gutturalem præcedat grammaticus, ſiue natiuus accẽtus, habebit illa purum, ſiue ſimplex ſcua. vt, לֹא יָדַעְנוּ זֶה non nouimus hoc, Prouer. 24.

Secunda, ſi hiric ponatur ſub litera ſeruili. vt, יִהְיֶה erit, Gen. 18. לִהְיוֹת ad eſſe (vt eſſet,) Heſter 1. nam ſi hiric fuerit ſcriptum ſub litera natiua dictionis, tunc litera gutturalis ſequens habebit punctum raptum ſiue ſcua compoſitũ. vt, כִּחֲשׁוּ mentiti ſunt, Ioſuæ 7. וְנִאֲצוּנִי & contemnent me, Deut. 31.

Tertia, aliquando etiam ſcua ſimplex tantùm ſub

litera

litera gutturali relinquitur, posito sępe daghes in aliqua ex literis בגר כפר, si veniat illa post gutturalem literam, vt videlicet fiat contractio duarum syllabarũ in vnam ad pronuntiationis decorem. vt, מִי כָמֹכָה נֶאְדָּר בַּקֹּדֶשׁ quis sicut tu magnificus in sanctitate? Exod. 15. pro נֶאְדָר sic, עַד שֶׁתֶּחְפָּץ quousque voluerit, pro שֶׁתֶּחְפַּץ, Cantic. 2. יַחְבּוֹט יְהוָה excutiet Dominus, pro יַחֲבוֹט, Esa. 27. sic non sequẽte litera בגר כפת neque daghes, quod rariùs contingit, רַעְיוֹן רוּחַ afflictio animi, pro רַעֲיוֹן Ecclesiast. 1. יֶחְסַר deficiet, Esa. 51. pro יֶחֱסַר, נֶאֱנָחִים gementes Threno. 1. pro נֶאֱנָחִים. Non porrò tales mutationes ∵:, vel –: in seua simplex, impediunt, quominus litera præcedens gutturalem habeat –, vel ∴, atque si gutturalis haberet ∴:, vel –:.

De literis אֶהֱוִי.

In Iric quandoque quiescit י, quando substitutũ est pro ה, vt, גָּלִיתִי migraui, pro גָּלַהְתִּי, vel etiam est י otiosum, siue quiescẽs in Iric & pars thematis, non autem substitutũ pro aliqua litera: exẽpla vidisti in annotationibus in futurum primę coniugationis verborum habentium primam literam iod, pag. 104.

Regula.

Si præcedat continuata dictio, id est, dictio eiusdẽ clausulæ, siue sententiæ aliquo accentu ministro prędita, cuius vltima sit vna literarũ אֶהֱוִי, literæ בְּגַר כְּפַת, quæ in principio dictionis propriè volunt daghes, quod lene dicitur, in principio dictionis non habent illud, sed raphe: quod lenitatem à puncti daghes aspe ritate immunem Hebræi vocãt. vt, יוֹנָה בֶן־אֲמִתַּי Ionas filius Amittai, Ionæ. 1. vbi יוֹנָה & בֶן sunt continuatæ

dictio-

dictiones, siue clausulæ eiusdem, nullo accentu rege interposito & propterea ב non habet daghes. Sunt tamen quatuor causæ, quæ omnino derogant literis istis אֶהֱוִי, ita vt quanuis præcedat vna harum, literæ בְּגַד כְּפַת habeant daghes in principio dictionis.

De quatuor causis literis אֶהֱוִי derogantibus.

Quatuor causarum quę derogãt literis אֶהֱוִי, id est, quæ efficiunt vt literæ בגד כפת, quanuis illas præcedant literę אהוי, in principio dictionis habeãt daghes.

1 Prima dicitur מַפִּיק (à Caldęo verbo נְפַק protulit, siue produxit,) id est, productũ, siue prolatum, nimirum quando ex tribus his literis הוי aliqua vel est in fine consonans, vel coalescit cum præcedente syllaba, dicitur illa Mappic, id est, prolata & non otiosa, literęque בגד כפת sequentes habent daghes, שְׂפָתַי תִּפְתָּח, id est, labia mea aperies, Psalm. 51. & אֵלָיו פִּי־קָרָאתִי ad ipsum ore meo clamaui, Psal. 66. Vbi in primo exemplo post י coalescens ת habet daghes. Estque quoque eadem ratio siue post ־, vel holem, vel ו, coalescat iod, imprimendi daghes literis בגד כפת dictionis sequentis incipiẽtis ab aliqua illarum: In secundo exemplo post ו consonans פ habet daghes. Simile quoque fit quando ה litera in fine dictionis est consonans nulla affecta motione, & debet audiri vt H nostrum, cuius tunc consonantiæ vt admoneamur, pũctum habet in gremio & ה mappic dicitur, id est, ה prolatũ, siue consonum. vt, צִמְחָהּ תְּבָרֵךְ, germini eius benedices, id est, benedicere soles, Psal. 65. Vbi sonus ה, vt h audiri debet & propterea daghes est in ת sequentis dictionis.

Secunda est מַפְסִיק (à פְּסַק Caldaïcè distinxit,) id est,

Omnis accētus rex, siue distinguens positus in dictione terminata in aliquam literarum אהוי, efficiet, vt daghes imprimatur complexui literarum בגד כפת, si ab aliqua illarum incœperit dictio sequēs. vt, חַבּוּרָה תַּחַת חַבּוּרָה liuorem pro liuore (dabis,) Exod.21.

Tertia est אָתֵי מֵרָחִיק (ex אָתָא Caldaïcè venit, מִן præpositione Hebraïca, & רָחִיק nomine à verbo Hebraïco רָחַק, elongauit, id est, veniens à longinquo, siue à longè, quando videlicet accentus dictionis terminatæ in ה expresso, vel subintellecto, præcedēte ־ָ, distat ab accentu dictionis sequentis syllaba aliqua interiecta (quam sequentem dictionem oportet accentum habere in prima syllaba,) si incipiat dictio sequens à litera aliqua ex בגד כפת, habebit daghes litera illa, quanuis præcedēs dictio in ה terminetur, vt אַרְצָה כְּנַעַן in terram Canaan (venerunt,) Genes.42. Vbi dictio כְּנַעַן accentum habet in prima syllaba, quia seua legitimam syllabam non facit.

Eadem etiam erit ratio, si lateat ה in ־ָ, vt מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ, cur rupisti super te rupturam? id est, membranā, qua operiebaris, vt anteuerteris fratri tuo: vel, cur diuisisti diuisionem (quam feceram?) Genes.38.

Quòd si sequens dictio non habuerit in prima accentum, litera ex בגד כפת habebit raphe. vt, וְעָשִׂיתָ בְרִיחִם & facies vectes, Exod. 26. In aliis literis quā בגד כפת obseruatur etiam huiusmodi daghes. vt, הָיְתָה לּוֹ fuit illi, Ioel.2. עָמְדָה לִּי remansit mihi, Ecclesiast.2. etiam si præcedens dictio habeat accentum in vltima syllaba vt, Et loquutus est Dominus אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר, id est, ad Mosem, dicendo, siue in hæc verba, Num.1.

Quarta

Quarta eſt רְחִיק (à Caldaïco verbo רְחַק arctauit, ſiue vrſit,) id eſt, coarctator, quod alio nomine מַקָּף dici poteſt, hoc eſt, quando per maccaph, de quo ſtatim poſt tabulam accentuum dictum eſt, dictio monoſyllaba deſinens in ה iungitur, ſeu vrgetur ad accentũ dictionis ſequentis, quia vna videtur ex duabus veluti facta dictio, ſi ſequẽs dictio inceperit à litera בגד כפת habebit illa daghes. vt, מַה־בֶּצַע בְּדָמִי quæ vtilitas in ſanguine meo. Pſal. 30. Quæ daghes impreſſio etiam obſeruatur in aliis literis quàm בגד כפת, nimirũ quando per maccaph quæuis dictio terminata in ה iungitur dictioni monoſyllabæ. vt, וְאֶעֱשֶׂה־לּוֹ עֵזֶר & faciam ei adiutorium, Geneſ. 2. etiam non ſequente dictione monoſyllaba. vt, מַה־נִּמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ quam dulcia ſunt palato meo verba tua, Pſal. 119. in octonario literæ מ. ־ autẽ ſub מ & daghes ſequentis literæ æquiualent motioni ־ָ, quod fit ex ־ & daghes ſubſcripto.

Cæterùm ſi quãdo ſuperiores illas quatuor regulas exceptiones pati & fallere videas, quod tamen rariſſimè contingit, hoc tribuẽdum eſt authorum vſui, non enim ſeneſcendum eſt & immorandum ſemper circa præcepta, nam hoc eſt fracti & retuſi ingenij, ſed iactis fundamentis grammaticorum beneficio & ope, legendi ſunt authores & obſeruandi.

De daghes regula.

Vſu venit aliquando (raò tamen,) vt in fine ſentẽtiæ, ſiue clauſulę, in tertia thematis litera, ad euphoniam, ſiue decorem pronũtiationis ponatur daghes, quam literam etiam propter accentum diſtinguentẽ, quo prædita eſt, præcedit motio magna in ſecũda radicali.

dicali.vt, בְּיִשְׂרָאֵל חָדֵלוּ in Israël defecerant, Iudic.5. & מִפָּנֶיךָ הָרִים נָזֹלּוּ à facie tua montes defluerent(si descẽderes) Esa.64. Vbi נָזֹלּוּ cũ holem motione longa(pro נָזְלוּ per seua) quia est in soph passuc. i. in finis versus accentu distinguente:alia porrò id genus exẽpla protulit in medium D.Kimhius in principio sui Miclol, sed multò plura occurrunt,in quibus daghes ipsum etiam positum est ad vocalitatem, citra accentũ distinguentem in litera insignita seua,quod alioqui non legeretur, sed quiesceret עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ vestigia Christi tui, Psal.89. חִשְּׁבוֹנוֹת cogitationes Eccles.7.

יתן לנו ,י, לעשות הישר בעיניו כל ימי
חיינו אמן :

תִּקְוָה וְעָמָל:

Spes & labor.

Errata sic emendato.

Pagina 5.linea antepenultima lege סְחוֹמָה. *pag. 11.linea 4.à fine paginæ lege,*כ*,ch. pag.14.linea 10.lege,discent.linea 13.lege,*וַיַּבְךְּ. *ibidem etiam lege 27. pag.15. linea 2.lege,*בָּנְתָ. *& lin.4.lege,*פְּקֻדָּה. *pag.20.lin.20.lege,*כְּתָב. *pag.21.lin.5.lege, ἄφωναι. pag. 25. lin.23.lege,* קִיַּם. *pag.27. lin.18. lege,*וַיִּקַּח. *pag.47.lin.25.lege,ascisscat. pag.49.lin.14.lege,*פְּקֻדָּה.*pag.50.lin.15.lege,*יִפְקוֹד. *pag.54.lin.22.lege,Vade tibi.pag.58.lin.16.leg.*נִשְׁלְחָה. *pag.61.lin.vltima lege,*הַפָּקְדָנָה. *pag.79.lin.6.leg.*חִוַּכוּ. *pag.85.lin.16.lege,*תַּגְשֵׁנָה.*pag.101.lin.10.lege,*מָיִין.*pag.104.lin.3.lege,*יְהַב. *pag.108.lin.13.lege,*רְאוּ. *pag.114. lin.28.lege,*וּפְקַדְתִּי.*pag.124.lin.6.lege,*יָרֶב לוֹ.

LITERIS ET DOCTRINA PRÆstantiſſimo viro Iohanni Nicotio in Regia ac Reginę Chriſtianiſſ. Regis matris libellorum ſupplicum Magiſtro Iohannes Quinquarboreus Aurilacenſis collegij profeſſorum Regiorum decanus ac linguarum Hebr. & Cald. in eodem collegio profeſſor, primariúſque collegij Fortetæi Lutetiæ, S. P. D.



VM, annis ſuperioribus grauiſsimis negotiis legationis occupatus apud Luſitanos pro Chriſtianiſſ. Rege Henrico ſecundo, functus honorificè legatione tua, ſtudia Hebraïca longo interuallo intermiſſa noſtris prælectionibus reuocares, vir literis non vulgaribus, ſed interioribus & reconditis ornatiſsime, frequenter hortatus es; vt arcanas notas, quibus ſcribunt Hebræi, quas à multis annis multa & longa lectione accuratè & exquiſitè ex Hebræorum ſcriptis hauſiſſem, aliis notis, quæ emiſſæ ſunt, adiungerem: vt te nec conſilij, nec me obſequij pœniteret, diligētiſsimus omnis officij, multas, quæ adhuc iacebant collegi & requiſiui & plus quàm media parte poſt omnes, qui hactenus de illis ſcripſerunt, illarum numerum auxi. Scripſerunt nanque, quantùm videre vſque ad hūc diem licuit, de Hebræorum notis doctiſsimi grauiſſimíque viri, quorum nominis memoriam libenter cum charitate vſurpo, Iohānes Cellarius Agenoæ anno ſalutis 1519. Sanctes Pagninus Lucenſis Romæ anno 1523. Matthæus Aurigallus VVitembergæ anno 1525. Sebaſtianus Munſterus Baſileæ anno 1527. Iohannes Mercerus, qui eas omnes cum ſuis in vnum coniecit Lutetiæ anno 1560. & Gilbertus

Nomina illorum, qui hactenus de notis Hebræorum ſcripſerunt.

bertus

bertus Genebrardus Theologus Parisiensis, in literis Heb. collega meus & popularis amicissimus, qui mihi notas vsque ad hunc diem à se obseruatas, cum istis emittendas dedit. Ne autem mihi, quod meum non est, ascribam & in librum istum transferam, neque, vt cum Prisciano loquar, scripta ab aliis subripuisse videar vnius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione & totius operis gloriam in me transtulisse, singulorum, quos supra enumeraui, nomen cum notis, quas illi obseruauerunt, è regione in margine expressi & quod suum est singulis reddo suoque nomine publico. Istis autem, quæ pro pignore beneuolentiæ & antiquæ necessitudinis sub tui nominis præsidio emittimus, si album calculum adieceris, voluptatem animi incredibilem afferes. Vale vir clarissime, Lutetiæ ex collegio nostro Fortetæo anno salutis 1582. mense Februario.

IOHANNIS MERCERI LITERArum Heb. professoris Regij, prefatio in librum de Notis Hebræornm.



OMPENDIA Quibus passim inter scribendum vtuntur Hebrei doctores, pleriq; nostrorum tractarunt: sed nemo plenè. Nam prætcrquàm quòd multa prætermiserunt, quæ aut illis non occurrebant, aut forsan ignota erant: quæ Masoretharum propria sunt, ferè neglexerunt. At ea huius linguæ pars est tantùm non necessaria & sine qua feliciter nemo vnquã Hebraïcabitur. Nos hoc libello quecunq; hinc inde collegere potuimus, breuiter perstrinximus, adiectis etiam Masorethicis ex fragmentis tabularum Elię, qui primus ea pertractare cœpit & in ordinem redigere. Initio tibi obseruandũ est, huiuscemodi compendiorum duo esse genera: quædã vera & propriè dicta, Hebræi appellant רָאשֵׁי תֵיבוֹת capita, seu initia dictionum, cùm ex duabus vel pluribus dictionibus primæ quæque literę segregatę velut in vnum corpus coalescentes, gemina virgula supernè insigniuntur: vel iuxta aliorum morem, singulæ punctis suprà notãtur, ad hunc modum, רז״ל vel רזּ̇ל̇. quod perinde fuerit ac si integrè scripseris, רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Doctores nostri, quorũ memoria sit in benedictionem, & id genus. Appellant & נוֹטָרִיקוֹן, voce à Latina voce notarij deducta. Quidam pro punctis, totidem vtuntur virgulis ר׳ז׳ל׳. Alia verò minus propria, cùm detrũcata vna vel aliquot dictionis

nis

nis cuiuſpiam literis, quæ extrema remanſit, eius rei indicandæ cauſa, apiculo prænotatur, ſic, דְּבָרִ' verba, צִדְקוֹ' iuſtitię, pro דְּבָרִים & צִדְקוֹת. Quas literas reſectas ex orationis filo facilè quis poſſit conijcere. Ferè autem ad hunc modum ſeruiles detrahuntur, aut ex radicalibus illæ, quæ minimo negotio ex ſenſu diuinari poſſint, aut cum vox aliqua ſæpius occurrit, vt אָמַ' pro אָמַר dixit, יִשְׂרָ' vel יִשְׂ' pro יִשְׂרָאֵל &c. Rurſus prioris generis abbreuiationum nonnullæ priuatæ ſunt, quarum nõ paſſim, ſed ſuis locis vſus eſt, vbi frequẽs illarum vocum mentio incidit, vt in canticis Eliæ ח"ק pro חָמֵץ קָמֵץ. Sic in precationibus Hebraïcis, vbi ex Pſal. 118. & 133. ſubinde repetendum fuerat, כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ quia in ſeculũ miſericordia eius, ſatis viſum eſt, vbi ſemel integrè ſcriptum fuit, initiales adnotare literas כל"ח. Id paſſim factitant, & factitare poteſt quiuis. Sic in magnis Concordantijs Heb. לר"י, pro לְדַעַת רַבִּי יוֹנָתָן & לר"ק, pro לְדַעַת קִמְחִי iuxta ſentẽtiam Ionathan, vel Kimhi. לר"א pro לדעת אונקלוס iuxta ſententiã Onkelos, qui legem Caldaicè conuertit. & alia huiuſce modi. Aliæ communes ſunt & paſſim vſitatæ, de quibus inter Hebræos omnes conuenit, א"י, pro אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל terra Iſrael. Factum tamen aliquando putarim vt priuatæ in communes trãſierint, vt נ"נ, pro נְבוּכַדְנֶצַּר & aliæ, ſi aduerteris. Nobis cõmunes tantùm & verę abbreuiationes explicãdæ, niſi ſi qua fortè ex impropriis illis obſcurior occurrat. Sed hic ne tibi imponatur, ilud es admonendus, non vbicũque vnum, aut geminum apiculum videbis, protinus ſcribendi compendium eſſe. Literæ ſi numeros ſignificent, quod

Obſeruandũ quoque eſt primas dictionum literas non ſemper, (apud Maſorethas potiſſimùm) ſed ſecundas, vel tertias aliquando pro notis vſurpari, vt videtur in רְכַ"ם מַעַק פוּח *& in* מַעַק"ם רְכַ"ם קַעַ"ת *quæ in ſuo ordine videto.*

nunquam in contextu Bibliorum fit,ſingulæ quidem ſingulis , at plures duobus præſignientur virgulis,א״ vnum,ב״ duo,&c.יא״ 11.יב״ 12.& id genus.Vſus inſuper obtinuit,grãmatica nomina,quò faciliùs dignoſcantur,ad hunc modum notari,vt nomina literarum,cõiugationum & cęterarum denique affectionum grãmaticarum.vt,אָלֶף״,בֵּית״,שֵׁם״,פֹּעַל״,aleph,beth, nomen, verbum,&c.Adde & barbara nomina,id eſt, aliarum linguarum,niſi vſu iam Hebręa facta eſſent.פּאריס״ Paris.ווניציאה״ Venetia,ne quis ſeſe in illis torqueat,quaſi Hebræa eſſent.Quin & Hebræa quę pro ſigno eſſe volumus, vt rei alicuius lector moneatur, vt ſeptem prima verba grammatices R.Moſe Kimhi, quorum initialia elementa nomẽ auctoris faciunt & alia eius farinæ, quæ paſſim occurrent etiam in medijs commentarijs, aut alijs eorum ſcriptis. Sed iam ad iuſta cõpendia ordine alphabeti exponenda accingamur, ſi priùs illud notaueris,nuſquam in ſacro cõtextu,cuiuſcunque generis compendiorum vſum eſſe. Nam quod Rabbini nomen tetragrammatõ ſcribunt vel יְיָ,vt paſſim in Targum, de quibus infrà, id vel religione,vel ſuperſtitione quadam faciunt, ſed nunquã tamen in contextu Hebraïco Bibliorum. Aliud eſt cùm librum aliquem,vel locum, aut libri partem ſeorſim extra Biblia ſcribunt,vt tunc etiam יהוה ſcribere non audeãt,imò ne אלהים quidẽ,ſed ידוד & אלדים, aſſumpta litera ד ex nomine אֲדֹנָי,ne,vt dicunt, nomẽ ἀνεκφώνητον profanent,quod in Biblijs tantùm ſuis putant ſcribendum literis.

Dicitur etiã ידוד pro יהוה poſito duplici ד pro duplici ה, paſſim in libro יצירה & in comment. in illum & יד manus pro יה, ab illius operibus, quæ ſunt incomprehenſibilia, quæ manus nomine intellig ũt.

Pagnınus. Mercerus. א׳ Genebrardus.

Cabalici in rebus diuinis hac litera vtuntur pro nomine diuino אֵל, vel tetragrammato Adonai. Eam aiunt esse notam summarum & altissimarum rerum, quæ primo effluxu diuinæ bonitatis subsistunt. Vide Reuchlini, si libet, Cabalam & Chæradami Alphabetum mysticum. Alioqui simplex א׳ in numeris facit vnum, vel primum, ac simpliciter eo inter loquẽdum pro אֶחָד vno, vtũtur, א׳ בְּפֶה וא׳ בְּלֵב, vel pro fœm. אַחַת, quo & pro neutro vtuntur, vnũ in ore & vnum, id est, aliud in animo. Si virgulam infrà posueris אֽ, erit mille, sicut & in aliis literis בְ 2000, גְ 3000, etsi alij sic pingant א֞, gemino puncto pro mille & subsequentes deinceps literas, vel repetito א, hoc modo, בא̄ 2000, גא̄ 3000, &c. Prior ratio magis placet. Valet & א׳, אָמַר dixit, sed ferè nõ sine ו. וא׳ pro וְאָמַר, & dixit. Aliàs enim ferè ם adijcitur 'וְאָמ, quæ pro sensu, vel singulariter אָמַר & וְאָמַר, vel pluraliter sunt legenda אָמְרוּ vel וְאָמְרוּ dixerunt, & dixerunt. Valet etiam א׳, אָדָם homo.

Pagn. Merc. Quinquarb. א״א Geneb.

Geminum, facit אָמֵן אָמֵן. Item אִי אֶפְשַׁר non est possibile. Tertiò אֲדוֹנִי אָבִי, subinde in commentariis & scriptis Rabbi Dauidis Kimhi, vbi de patre suo Rabbi Iosephi Kimhi loquitur, sed subiuncto ז״ל (de quo paulò post.) Sic א״א facit אָמַר אֵלִיָּהוּ dixit Elias, vel אֵלִיָּהוּ אַשְׁכְּנָזִי Elias Germanus, vel אַחֵר אָמַר alter dixit, vel etiam, אֲחֵרִים אוֹמְרִים alij dicunt. א״א significat etiam aliquando אַחַר אָמַר postea dixit. Præterea א״א etiam idem significat atque אָמַר אוֹרִיין dixit Oreiin. Est autem Oreiin nomen scholiastis discipuli Rabbi Mo

ſis filij Maimonis,qui pręceptoris ſuis ſcripta ſcholiis paſſim illuſtrauit. Vide de א״א adhuc ſub finem סברי לוחות apud Eliam. אופן אחר modus vnus apud R.leui & אופן אחר modus alius.Item אָמַר אֶחָד dicit vnus.

Pagninus. א״אול Quinq.

pro אֲדוֹנִי אָבִי זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה Dominus meus pater meus, quem felix & fauſtum ſit nominaſſe, vel cuius nominis memoria ſit conſecrata. Ad verbum autem, Dominus meus pater meus memoria eius (ſit) in benedictione.Sic

Pagn. Merc. א״אכ Quinquarb.

אֲדוֹנִי אֲבִיכֶם pro, Dominus meus pater veſter,cui & לו ſubiungi poſſit,quod noſtri dicunt,Bonæ vel pię memorię. Malè alij ſcribunt א״אב per beth,meo iudicio, cùm ב ſit adiunctum ad affixum & perſonam diſtinguendam,quod in א״אב non fieret. Valet & אֶלָּא אִם כֵּן niſi ſi ſic, id eſt,niſi, alioqui,aut: ſed cum ſic ſit, vel, ſed ſi ſic.

Pagninus. א״אעה

אָמַר אַבְרָהָם עָלָיו הַשָּׁלוֹם dicit Abraham, ſuper quem ſit pax.

Mercerus. א״ב

אַלְפָא בֵּיתָא Alphabetum,frequens apud Maſorethas, vt cùm dicunt א״ב מן ב״ב,id eſt alphabetum מִן תְּרֵין תְּרֵין .i.ex binis,&c.Sic cũ notant in aliquo verſiculo omnes contineri alphabeti literas,אִית בַּפְּסו׳ א״ב eſt in verſiculo alphabetum.בפסו׳ dicitur pro בַּפָּסוּק. At ter poſitum.

Merc. א״ב א״ב א״ב

erit אֶחָד בַּתּוֹרָה אֶחָד בַּנְּבִיאִים אֶחָד בַּכְּתוּבִים vnum in lege, vnum

vnum in prophetis, vnum in hagiographis.

Quinquarb. אגלא

Cabaliſtis eſt nomen angeli Dei, cuius literæ ſingulæ notæ ſunt: explicantur autem ſic אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי Tu fortis es in æternum Domine.

Pagninus. אב״ה

אָמַר בָּרוּךְ הוּא Dixit benedictus ipſe, id eſt, Deus.

Quinquarb. א״ג

אָמַר גַּם dixit etiam, vel, dixit ad hæc.

Quinquarb. אד״ם

אָדָם דָּוִד מָשִׁיחַ Adam, Dauid, Meſias. Apud Cabaliſtas.

Pagninus. אד״עה

אָמַר דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם Dixit Dauid, qui placidè quieſcat.

Pagn. Quinquarb. א״ה

אָמַר הַפָּסוּק Dicit verſus, Biblicus ſcilicet. vnde & בַּעַל הַפָּסוּק appellant in contextu Bibliorum exercitatum. Valet & אֲפִילוּ הָכִי etiam ſic, etiamnum. Significat etiam אֻמּוֹת הָעוֹלָם Nationes mundi.

Quinquarb. אהקב״ה

אָמַר הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא Dixit ſanctus benedictus ipſe.

Cel. אז״ל

אָמְרוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Dixerunt, quorum memoria ſit in benedictionem. Sic interdum dicũt pro, אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ vel אָמְרוּ חֲכָמֵינוּ dixerunt doctores, vel ſapientes noſtri, &c. vt infrà notatur. Et cum ו, ואז״ל id eſt ואמרו זכרונם לברכה & dixerunt, &c.

Merc. Quinquarb. א״ח

Nõ ſunt notæ, ſiue capita dictionũ. facit אֶחָד vel אַחַת, vnus, vna, vel vnum, in neutro genere. Item אַחַר, poſt. Sic א״ח eſt אֶחָד חָסֵר vnum deficiens, apud Maſorethas

& ſunt capita dictionum, vt verè docet Elias in fractionibus tabularũ & ex ſequẽtibus poſt אֹם videtur.

Munſter. אחו״ל

אָמְרוּ חֲכָמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Dixerunt ſapientes noſtri fauſtæ memoriæ.

Pagninus. אח״כ

אַחַר כָּךְ vel אַחַר כֵּן poſtea, deinde, quod & ſine ח ſcribitur א״כ. Vel etiam ſignificat אִם כֵּן, ſi ſic.

Quinquarb. אחכ״א

אַחַר כָּךְ אָמַר vel אָמְרוּ poſtea dixit, vel dixerunt. Satis eſt frequens in comment.

Cel. א״י Quinquarb.

אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל, terra Iſrael, & ſeruilibus elementis à fronte adhibitis בא״י, לא״י, ואי״, &, ad, in terra Iſrael. Cum apicè vno ſic א׳י idẽ eſt quòd אַיִן. Nõ, vel ſyriace אִית, Eſt.

Munſter. אי״ה

אִם יַעֲזוֹר הַשֵּׁם, Si dominus iuuerit. הַשֵּׁם nomen ipſum, ſignificat nomen tetragrammaton, de qua re infrà in litera ה.

Quinquarb. איש״י

אֲדוֹנָי יִשׁ שְׁמוֹ יִתְבָּרֵךְ Dominus cuius nomini benedicatur: vel Dominus cuius nomẽ יִתְעַלֶּה, id eſt, exaltetur.

Pagninus. Merc. א״כ

אִם כֵּן, ſi ita eſt, quo vtũtur pro illationis particula, ergò, igitur. Valet & אַחַר כָּךְ poſteà, quod ſæpius notatur, vt dictum eſt, אח״כ. In hoc peccatum eſt initio cõmentariorum Kimhi in Ioelem, vbi cùm ſcriberetur compendio ואח״כ, perperam integrè ſcripſerunt ואם כן, cùm ſcribendum eſſet ואחר כן, & poſtea: præceſſerat enim תחלת, primùm, initio. In compendiis, quę variè

leguntur

leguntur, iudicio opus eſt.

Munſter. אכ״יר

אָמֵן כֵּן יְהִי רָצוֹן Amen (quod confirmantis eſt & optã-tis) ſic ſit beneplacitum, ſic libeat, Domino ſcilicet.

Pagninus. א״ל

אָמַר לוֹ, dixit ei, vel לָהֶם illis, vel אָמְרוּ לוֹ vel לָהֶם, dixe-runt illi vel illis. Frequens in dialogiſmis & proſo-popœiis.

Genebrardus. אל״כ

אִם לֹא כֵן, ſi non ſic, id eſt, alioqui.

Mercerus. א״מ

אֶחָד מָלֵא אֶרֶץ מִצְרָיִם terra Ægypti. At Maſorethis eſt אֶחָד מָלֵא vnum plenum, vbi ſcilicet litera ו aut iod exprimitur. Addunt, & interdum א״ח vt ſequitur & dicunt.

Merc. Quinquarb. א״מ א״ח

Id eſt אֶחָד מָלֵא אֶחָד חָסֵר vnum plenum, alterum defi-ciens, vel וא״ח, id eſt, וא׳ חסר & vnum deficiens, quan-do videlicet vel ו vel י abeſt.

Mercerus. אמ״ה

אָמַר הַשֵּׁם dixit Dominus.

Quinquarb. אמ״ן

אֲדֹנָי מֶלֶךְ נֶאֱמָן Dominus Rex fidelis. Sic cabaliſtæ vtũ-tur ex cap. Eſa. 65.

Quinquarb. אר״ול

אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה dixerũt magiſtri noſtri, quo rum memoria ſit conſecrata.

Pagninus. אמ״ר

אָמַר רַב dixit magiſter, vel רַבִּי magiſter meus.

Merc. אמ״ש Quinquarb.

Apud Kimhi in grammat. Miclol, ex libro Ietſira, id eſt de

est de rerum formatione & prima origine, valet אש, מים, שמים ignis, aqua, cælum: quæ tria facit eius libri auctor mundi principia & quasi matres, vt literas אוי lectionis & pronuntiationis omnis matres. Existimo potiùs tribus istis notis אמש contra authorem libri Ietsira, id est, formationis, quẽ Abrahamum patriarcham fuisse credunt Hebræi, esse intelligenda quatuor ipsa elementa & rerum initia ex quibus omnia sub orbis lunæ concauo componuntur & in quæ resoluuntur: nam א nota esse potest ארץ, id est terræ & אש, id est ignis, מ verò מים, id est aquę, ש autem שמים, id est æris: quoniam in sacratis libris non raró cœlum pro aëre sumitur. Author nanque ille cap. 3. existimat terram non esse vnum ex quatuor elemẽtis, sed illam ex aqua extitisse, quod omnino falsum est, neque est credendum Abrahamum patriarcham authorem fuisse tam ineptum & curiosum, quàm est author ille libri Ietsira. Rabbi Abraham filius Dauidis porrò in comment. suis in cap. 3. ipsius libri Ietsira & aliàs explicat istas notas אמש sic אויר aër, מים aqua, אש ignis & idem est illi sensus atque cõuenientia eadem cum suo authore libri Ietsira.

Merc. Quinquarb. אמת

איוב משלי תלים, Iob, Prouerbia, Psalterium. Significãt etiam אוריתא משלי תלים Lex, Prouerbia, Psalmi. At si addatur אמת רתקע, hi libri, vt docetur Exod. 15. significantur, אלה הדבר' מלכ' תרי עשר דברי הימים תלים קהלת עזרא Deut. Reges, 12. prophe. Paralipomenon, Psal. Eccle. Esdra: vt ת prius non Psalmos. sed 12. prophet. indicet. Secundum Eliam autem in fractione ta

bularum

bularum vnde istæ Masorethicę notę ferè omnes depróptæ esse videntur,מ non solùm מְלָכִים reges, sed etiam מִשְׁלֵי,Prouerbia docet.

Mercerus. אֹנ

Valet אִם נֹאמַר si dixerimus. Vel, si dicamus.

Mercerus. אנ״ך

אוֹרַיְתָא נְבִיאִים כְּתוּבִים, Lex, Prophetæ, Haiographa. Hoc compendio vtũtur Masorethæ, cùm dictionem quampiam ter reperiri in scripturis indicare volunt, semel in lege, quæ Chaldaicè אוֹרַיְתָא à luce dicitur, semel in prophetis, & semel in Hgaiographis. Eiusdẽ sensus erat suprâ אב ter positum.

Cel. אונק׳ vel אנק׳ Merc.

אונקלוס Onkelos, Chaldæus interpres Pentateuchi longè celeberrimus proselitus, filius, vt volunt Hebræi, sororis Titi. Nec desunt qui he haiedia præter linguæ Hebræ morem præponant האנק׳, vt vernaculè dicimus, l'Aristote.

Merc. Quinquarb. אסּפ

אַתְנָח סוֹף פָּסוּק, Athnah, Soph pasuc. Hoc notant in dictionem, quæ puncto aliquo contra rationem grammatices affecta reperiatur in his accentibus, qui solẽt sępe syllabas breues in longas conuertere & seua natiuum, id est, non per aliquod accidẽs positum in ·.·.

Mercerus. אע

אֶבֶן עֶזְרָא Aben Ezra. Est Rabbi Abraham Hispanus, qui multos Bibliorum libros commentariis illustrauit & plæraque alia edidit, Rabbinus varia doctrina insignis. hinc & apud suos nomen הֶחָכָם sapientis meruit, in omni maximè philosophiæ genere exercitatissimus,

tiſſimus,vt paſſim eius ſcripta oſtendũt. Quòd genus ſuum ad Ezram quendam referret, ſe Arabica voce (de qua infrà in ׳ן)cognominauit אַבֵּן עֶזְרָא filiũ Ezrę, ſeu oriundum ab Ezra,ex Ezra prognatum: alludens interim hoc cognomento ad nomen loci אֶבֶן הָעֵזֶר,1. Samu.7.quod lapidẽ auxiliarem ſonat, innuit ſe plurimum adiumenti literis Hebraïcis attulliſſe.

Pagn. Merc. אעג Quinquarb.

אַף עַל גַּב tametſi,גַּב non גַּל ſcribendum, גַּל tamen legerunt ſanctes Pagninus & Sebaſtianus Munſterus, ſcribitur & אעגב.

Pagninus. אענע

אַבֵּן עֶזְרָא נוּחוֹ עֵדֶן,Aben Ezra,quies eius ſit paradiſus.

Pagn. Merc. אעפי vel אעף

אַף עַל פִּי vel vnica dictione אַפְעַלְפִּי quãuis,cui ſæpe ex abundanti præponunt ו, ואעף & quanuis, licet. cuius ἀντίστροφον eſt quod ſequitur.

Munſter. אעפכ

אַף עַל פִּי כֵן,vel אַפְעַלְפִּיכֵן tamen,attamen, licet ita ſit.

Quinquarb. אפיקומן

אַפִּיקוּ מִינֵי מְזוֹנוֹת afferte ſpecies ciborum. Ita in Elia in Thiſbite leges.

Munſt. Quinquarb. אף׳

אֶפֶס non,nihil. non ſunt raſe teuoth, vel אֲפִלּוּ etiam, quinetiam.

Mercerus. אפס

אֶחָד פָּסוּק סִימָן vnus verſus eſt ſignum. Sic dicunt cùm verſum aliquẽ dãt pro rei alicuius ſigno Maſorethę.

Pagninus. אפש׳

אֶפְשָׁר poſſibile eſt, fieri poteſt. non ſunt raſe teuoth,

id eſt

id eſt, capita dictionum, ſiue notæ.

Cel. אק Merc.

אכתי קשח, & cum ו, ואק, & ſcriptum eſt durum. cùm quid ex ſcriptura difficile obiicitur. קשה enim & קשיא, ſine pũctis קושיא appellant obiectioñe, & מקשן obiicientẽ, quem noſtri opponẽtem. אכתי pro, אכתיב reſecta more ſuo extrema litera, dicunt. valet & אמר קרא vel קרא, dicit ſcriptura, quam appellant & מקרא à lectione. vnde קראים ſecta Iudæorum, qui contextui addicti ſunt, reiectis traditionibus.

Genebrardus. אקבו

In Breuiario Hebr. pag. 470. אשר קדשנו במצותיו וצונו qui ſanctificauit nos pręceptis ſuis & pręcepit nobis.

Quinquarb. אקים

אשר קדש ידיד בבטן quem ſanctum habuit, dilectum ab vtero. Ita enim per has notas ſentiũt de Iitſaco patres circuncisi in locum cap. 17. Gen. qui habet ואת בריתי אקים את יצחק & fœdus meum ſtatuam cum Iitſaco.

Quinquarb. אראריתא

Cabaliſtis eſt nomen vnici Dei ſibi ſemper ſimilis ſeptem literis, ſiue ſeptem notis comprehenſum & ſic explicatum, אחד ראש אחדותו ראש יחודו תמורתו אחד vnũ, principium vnitatis ſuæ, principium ſingularitatis ſuæ, viciſſitudo ſua vnum.

Pagn. Munſter. אר Quinquarb.

אמר רב, vel רבי dixit magiſter, vel magiſter meus, vel אמרו רבותינו dixerunt doctores noſtri: vel אור רב lux magna, vel lux multa.

Pagninus. אריב״ל

אמר רבי יהושע בן לוי, dixit R. Ioſue filius Leui.

Quinquarb. ארגמן

אוּרִיאֵל, רְפָאֵל, גַבְרִיאֵל, מִיכָאֵל, נוּרִיאֵל. Sunt nomina animalium currum diuinæ maiestatis ferentium: Angelos etiam illa quandoque vocant, non autem animalia. Antesignani exercitus Domini à Cabalistis etiã quandoque appellantur. Per authorem tamen fasciculi Mirrhæ sub principiũ libri Numerorũ אוּרִיאֵל & נוּרִיאֵל vnum & idem sunt.

Cel. ארול

אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה inquiunt doctores nostri, quorum auspicata sit recordatio.

Pagninus. אשעה

אָמַר שְׁלֹמֹה עָלָיו הַשָּׁלוֹם Dicit Salomon, qui in pace quiescat.

Quinquarb. אט

Vide in ואש.

Quinquarb. אשפר

אֶחָד שִׁשִּׁי פָּר Vna sexta(pars)iuũenci, siue vituli. Sic enim explicant dictionem אֶשְׁפָּר Doctores Hebr. in cap. 6. 2. Samuëlis.

Aurigal. Merc. את Quinquarb.

& sæpius cũ ו, ואת, id est, וְאִם תֹּאמַר quòd si dixeris, vel תֹּאמְרוּ dixeritis. Sic dicunt in anthypophora, faciunt etiam istæ literæ אִמְרֵי תוֹרָה verba legis.

Cel. אתל Merc.

אִם תִּמְצֵי לוֹמַר si possis dicere. מְצִי lingua Talmudæa potuit, à מָצָא Hebraico deductum, cùm dicitur, sicut inuenerit manus tua, id est, pro facultate tua. Sic Simeoni in 1. cap. Esdræ ex cap. 1. tractatus Meghilla inquit הֵיכִי מְצִי מִשְׁבַּע לְהוּ quomodo, vel itáne potuit

eos

eos adiurare? Hebr. diceres אֵיךְ יָכוֹל לְהַשְׁבִּיעַם. est autem מַשְׁבַּע benoni hiphil pro מַשְׁבִּיעַ. Ceterùm quiesc. lamed aleph in he mutant etiam Rabbini. potest & את״ל facere אִם תֹּאמַר לִי si dixeris mihi. potest & מְצִי impersonaliter poni pro cõuenit, vt אִם תִּמְצֵי לוֹמַר sit, si couueniat dicere, si dictu consentaneum est.

Quinquarb. את״בש

Vide in באת״בש paulò post.

Pagn. Munster. Beth. ב״א Merc.

בֵּית אָב domus patria, id est, cognatio, vel בֵּית אָבִי domus patris mei. Item in grãmatica, בֶּן אָשֵׁר filius Aser, Rabbinus cuius lectionem in Bibliis sequuntur Iudęi occidentales, nomine proprio Aharon filius Aser dicitur.

Quinquarb. באח״ב

Vide infra cum רצ״ך

Genebrard. בא״י אמ״ה

In præcationibus Hebraicis sæpe בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהִים מֶלֶךְ הָעוֹלָם, benedictus es Domine Deus, Rex sæculi.

Munst. Merc. באת״בש vel באט״בח Quinq.

Per eth bas .i. per eam literarum alphabeti commutationem, qua א & ת inter sese permutãtur, ש & ב, & sic deinceps reliquæ alphabeti literę: qua & veteres apparet vsos, vt Iere. 25. & 51. vbi שֵׁשַׁךְ, hoc modo dicit pro בָּבֶל positis ב pro ש & ך pro ל. Porrò de alphabetaria huiusmodi reuolutione, qua litera literæ mutuò succedit, vide Reuchlinum li. 3. Cabalæ. vbi ex libro Ietsira facit 22. huius rationis alphabeta, א״ב, ג״ת, א״ל, ב״ת &c. quæ nõ sunt rase teuoth, sed symbola duntaxat

permutationis elementorũ, qua & inter noſtros, qui occultiùs ſcribere volũt, vtuntur, aliquãdo etiã legũt אטבח permutando aleph in teh & beth in chet & ſic deinceps bis & vigeſies reuoluendo alphabetũ iuxta numerum literarum, per alphabeticam literarum per mutationem. Tali profectò mutuo literæ pro litera ſucceſſu nodos cõnectunt difficilimos Hebræi, quos pauciſſimi ſoluere & expedire poſſint.

Pagn. Mercerus. בב׳

בבית in domo, vel ſyntacticos בבית. Non ſunt ראשי תיבות, ideo ſatis eſt vnico puncto aut virgula inſigniri. Aliud eſt gemino apice ב״ב, neque etiam ſunt raſe teuoth, ſed numeri notæ, binç, vt א״א ſingula, ג״ג terna, & deinceps, vide ſupra א״א. Quanquam in Talmud ב״ב pro בבא בתרא porta poſtrema (tractatus nomen eſt) ſunt raſe teuoth, & cum ב ſeruili, בב״ב in Baua bathra.

Quinquarb. בב״ר

בבראשית רבא In Bereſith Rabba. Eſt nomen libri de quo infra in ב״ר.

Quinquarb. בנ״בנ

בן גר בן גרה filius Ethnici, filius Ethniicæ: ſic enim appellant ad legem ſuam conuerſum, cuius vterque parens gentilis fuerit.

Mercerus. בג״ה Quinquarb.

בגבורת השם, robore Domini, id eſt, auxilio, vel בגזרת השם vel האל in, vel, ex decreto Dei.

Pagninus. ב״ד

בית דין domus iudicij, iudiciale forum, locus vbi iudicium exercetur.

Pagn.

Pagn. Merc. ב״א

בַּמֶּה דְּבָרִים אֲמוּרִים,quibus verbis dicta ſunt. Familiare R.Moſi filio Maimon(quem ex notis videlicet facta dictione Rambam רמ״בם appellant) cùm verborum formulam,quibus quid dictum ſit,paſſim expendi iubet. Cui affine eſſe inquit Elias,quod aliàs dicere ſolent הֲנֵי מִלֵּי,id eſt,אֵלֶּה דְּבָרִים iſta ſunt verba, vide notas רמ״בם,ſuo loco.

Munſterus. ב״ה

בְּדִבְרֵי הַיָּמִים in annalibus. Sic appellatur liber Paralipomenon, quem noſtri in duo volumina diuiſerunt, vide ד״ה infra.

Quinquarb. ב״ן

בֶּן־דָּן filius Dan. Sic autem teſtibus Hebræis vocatur Simſon. 1.Samuel. 12. quòd eſſet, ille de tribu Dani. Iudicum.13.

Quinquarb. ב״א

בָּרוּךְ הוּא אֲדֹנָי benedictus ipſe Dominus.

Pagn. Munſter. ב״ה Merc. Quinq.

בֵּאוּר הַמִּלָּה declaratio dictionis. vel בֵּית הִלֵּל domus Hillel Rabbini clariſſimi,qui annis aliquot Chriſtum prçceſſit & multos habuit diſcipulos,in quibus & Ionathan Chaldæum Bibliorũ paraphraſten. De huius Hillel diſcipulis mira tradunt Talmudici in tractatu סֻכָּה,cap.2. quæ aliàs commodiùs dicemus. Valet & tertiò בֵּית הַמִּקְדָּשׁ ædes ſanctuarij. Item בְּעֶזְרַת הָאֵל vel הַשֵּׁם,auxilio Dei vel Domini, quod etiam ſcribitur infrà בע״ה.Significant etiam ב״ה aliquãdo,בָּרוּךְ הוּא benedictus ipſe,vide אב״ה

Merc.

Merc. בה״קר

בַּר הַקֹּדֶשׁ רַבִּי filius ſanctitatis Rabbi,&c. quod & tráſpoſitis literis dicunt הב״קר pro הַבַּר קֹדֶשׁ רַבִּי, he haiedia præter moré prępfixo regimini: ſed id nonnunquã faciunt,vernaculè,Le filz de la ſainctetè, &c.

Pagninus. ב״ו vel בו״ר

בָּשָׂר וָדָם caro & ſanguis, id eſt, mortalis & ex rebus corruptioni obnoxiis conſtans homo.

Quinquarb. ב״ז

בֶּן־זַכַּאי filius Zachai, eſt nomen doctoris, quem aliquando magis expreſſè vocant רַבָּן יוֹחָנָן בֶּן־זַכַּאי magiſter noſter Iohannes filius Zachai.

Merc. Quinquarb. ב״ח

בַּעֲלֵי חַיִּים prædita vita, id eſt, animantia. Interiicitur & ain בע״ח, cui ſæpe he haiedia præponunt הב״ח vel הבע״ח,etiam cum mem prepoſitione מהב״ח.Significãt etiam ב״ח idem quod בֵּית חָסֵר, bis deficiens & ſic cum aliis literis vſque ad iod,eodem modo quo infrà dicitur in ב״ם ex Maſorethis.

Quinquarb. בח״ל

בְּחוּצָה לָאָרֶץ ad extra terram, ſiue extra regionem.

Quinquarb. בח״רג

Vide infra in חר״ג.

Genebrardus. ב״ט

בְּטַעַם cum hoc accentu.

Pagninus. ב״י Merc.

Non ſunt raſe teuoth.facit tantùm בַּיִת,vel ſyntacticè בֵּית domus. Quanquam & בֵּי abſolutè tum Chaldæi tum Talmudici pro בֵּית dictitant. Interdum in ב״י,iod numerus eſt,& ſignificatur, in decem. Sed talia ex ſenſu

ſenſu dignoſcenda ſunt.

Genebrardus. ב״ד

בית דין domus iudicij, idem quod ſuprà ב״ד

Mercerus. ב״לאו

ברוך יהוה לעולם אמן ואמן laudetur Dominus in æternum, amen & amen. Extremus verſiculus libri tertij pſalmorum, quo quidam in fine librorum peropportunè vtuntur.

Quinquarb. בכקמוהרי

Cel. Merc. Quinquarb. מנ״ל

מְנָא vnde nobis, vt paulò antè מ״ל. Legitur, vt habet Cellarius, etiam quandoque מנ״לן & etiam præpoſita tera ו. Legitur quoque aliquando מְנָא לָן, præfice, vel umera nobis.

Merc. מס׳

מַסֶּ tractatus Talm. & cum beth במס׳ in tractatu.

Merc. מס״ג

מָסֹרֶה גְּדוֹ Maſora magna, quod notant etiam.

Merc. מס״ה

מָסֹרֶה הַגְּדוֹלָר. At Maſoram paruam ita contrahunt מ, id eſt, מָסֹרֶה קְטַנָּה. Non deſunt & qui magnã quiem ita ſignificent מסו״ה, id eſt, מסורה הגדולה: paruam erò ſine ו, מס״ה, id eſt, מסורה הקטנה.

Quinquarb. מס״ק

ide in מס״ה hîc paulò ante.

Geneb.

Genebrardus. מ״ע

מִצְוֹות עֲשֵׂה præcepta fac, id eſt, affirmantia.

Quinquarb. מע״קף רכ״שם קעו״ת

מִשְׁכָּן, יְרִיעוֹת, קְרָשִׁים, פָּרֹכֶת, אָרוֹן, כַּפֹּרֶת, שֻׁלְחָן, מְנֹרָה, מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת, מִזְבַּח הָעֹלָה, כִּיּוֹר, הֶחָצֵר, Tabernaculum, vela, aſſeres, tapetum, arca, propitiatorium, menſa, candelabrum, altare ſuffimenti, altare holocauſti, labrum, atrium. Vide notas רכ״שם מע״ק פו״ח infrà.

Quinquarb. מערב׳ & מער׳

מַעַרְבָאִי Occidentalis, vel מַעַרְבָאֵי Occidentales: frequens apud Maſorethas.

Quinquarb. מע״ש לע״ש

מֵעֶרֶב שַׁבָּת לְעֶרֶב שַׁבָּת A veſpera ſabbathi, ad veſperam ſabbathi.

Quinquarb. מע״ש׳ביצונ

מִגְדַּל־עֹז שֵׁם יְהֹוָה בּוֹ ירוץ צַדִּיק וְנִשְׂגָּב turris fortitudinis eſt nomen Domini, ad quod properat iuſtus & protegitur. Ita enim ad compēdium ponunt verſum capitis 18. Prouerbiorum.

Merc. Quinquarb. מ״פ & מפ׳

מְצַע פָּסוּק medium verſus. Vox Ieroſolymitanę lingue מְצַע vel אֶמְצַע, Hebr. תוך medium. Elias porrò in tabulis fractis adhuc obſeruauit quādoque notas iſtas מ״פ ſignificare quibuſdam Maſorethis מֵיסוֹן פָּסוּק medium verſus: cæterùm non Hebraïcum eſt vocabulum, ſed Græcum μέσον Hebraïcis literis ſcriptum, quare non eſt mirum, ſi ſimile in Hebręo non habeatur ipſi Elię Iudæo. At מ״פ eſt מַפְתֵּחַ clauis, libri nomen vnus ex הנקרנים, cuius autorem tradit Aben Ezra in præfatione in librum מאונים eſſe quendam Rabbi Leui Hiſpa-

um Cæſarauguſtanum.

Genebrardus. מצ׳

מָצָאר inueni, ſæpe in commentariis R.Selomo,cùm liquid ait ſibi occurrere ex interpretatione aliorum.

Mercerus. מ״ק

מִקְרָא קֹדֶ coetus ſanctus,celebris ſolennitas.

Merc. Quinquarb. מ״ר

מעלת רכאו ר. Vide ſuprà in כ״מ & כמ״ר, valet etiam מורה ר docet Rabbi,מָרָא רַבִּי domin⁹ Rabbi,ſoletq; æponi particula כְּמוֹ,id eſt,ſicut. Scito tamẽ מר pro dici,vt ſæpe in R.Sel.ex Tal. כראמר מר vt dicit do or, vel magiſter, vnde מָרָן Dominus noſter, etſi ias putet ן tantùm nomẽ conſtituere, non affixum e. Ego aliud ſenſerim,de quo infrà in ר.Significant am quãdoque מ״ר idem quòd מָסוֹרֶת רַבְּתָא Maſora gna, vel מִדְבָּר רַבָּא, eſt autem nomẽ libri collectaorum patrum circunciſorũ in librum Numerorum oſis, quem appellãt בְּמִדְבָּר & etiam וַיְדַבֵּר à primis tionibus ipſius libri Numerorum.

Pagninus. מר״עה

מֹשֶׁה רַבֵּנוּ עָלָיו הַשָּׁ Moſes doctor noſter, ſuper quẽ .& cum מ ſeruili ממר״עה,id eſt,מִמֹּשֶׁה, &c.

Cellarius. Merc. מ״ש

מוֹצָאֵי שַׁבָּ exitus ſabbati. Vide ſuprà in ומ״ש. item מַה־שֶּׁ id quod dixit. Item Talmudicum מַי שְׁנָא, od etiam ſcribitur מאי,quænam eſt doctrina?quid endum?Sic dicunt cùm ex aliquo contextu nonil obſeruatu dignum eſſe dicunt. Valet & in quidam libris מֵאִיר שפירץ Meir Spirenſis. Rabbini men,qui emẽdatum habuiſſe fertur pẽtateuchum.

Quin-

Quinquarb. מ״ה

מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת aditus viarum ſcientiæ. Secundum nonnullos Hebræos his tribus dictionibus (à quibus incipit Rabbi Moſis Grammatica) per notas alluſit ad nomem ſuum משֶׁה Kimius frater Dauidis Kimij, in principio ſuæ grammaticæ.

Pagninus. משק׳

מִשְׁקָל pondus, id eſt, forma, ſpecies. Frequẽs in grammaticis, & verſuum auctoribus. vt dictum eſt, in מ״א.

Pagn. Merc. מ״ת vel מת״ת Quinquarb.

מַתַּן תּוֹרָה datio legis, cuius feſtum celebrant in Pentecoſte. Aiunt enim die quinquageſimo ab exitu ex Ægypto datam fuiſſe legem. Aliquando etiam ſcribunt cum ת duplici מת״ת. Item in Maſora מִשְׁנֵה תוֹרָה repetitio legis, id eſt, Deuteronomium.

Mercerus. מתני׳

מַתְנִיתָא contextus Talmudicus initio editus, appellãt & מִשְׁנָה, Hieron. vertit δευτερώσεις. Ad contextũ Miſna annis pòſt aliquot acceſſit Ghemara, vbi in vtranque partem quęſtiones agitantur & tandem terminantur ac deciduntur. Id enim ſonat nomen גְּמָרָה, quod vulgus reſolutionem, vel determinationem, Iuriſconſulti deciſionem appellant. Hæc ſimul iuncta vocant Talmud.. etſi propriè interdum hoc nomine contextum primum appellent. Gloſſularij recéns acceſſerunt, vt R. Sel. & alij.

Nun.

Mercerus. ן׳

Nun extenſum cum puncto ponunt pro אֶבֶן, vt ר׳אברהם ן׳ עזרא. Sic plærique, Hiſpanorum præſertim

 qui

qui Arabicè docti fuerunt, dicere maluerunt, quàm Hebraicè בֵּן, etſi nomen Hebraicum etiam Arabico אֵבֶּן reſpondeat, quo non filius πρὸς τι ad patrem proximum, ſed ad familiam intelligitur, vt cum Chriſtus filius Abraham, filius Dauid dicitur: alioqui בן etiam Arabicè appellatur filius. Sunt qui beth lene legant אֶבֶן, ac ita videntur legiſſe veteres Arabes, qui de familię nomine quàm proprio ſe nominare maluerunt, auerrois, auiſena, nū abſorpto, pro אבן רעים & אבן סְנִי. Elias mauult beth cum dages legi, vt putat in ſua lingua ſcribi, nempe Ibn, vel Abn, vtraque litera rapta per Giſme, id eſt, coniunctionem, ſiue per adhæſionem ipſius, ſeua, ſed meo iudicio beth leni אִבְן. Sæpe enim in his linguis pathah & hiric confunduntur, vt ſexcenta oſtendunt, מִרְיָם Mariam, בִּלְעָם Balaam. Et Reuchl. Camhi appellat, quem nos Kimhi cum Hebræis. Eſt ergo ן עזרא Aben Ezra, filius Ezrę, id eſt, de cognatione Ezræ, qui ſuum genus ad Ezram, vt ſtirpis auctorem & principem, Heb. ראש האבות, referat. Aliàs enim patrem habuit מאיר Meir, Vide אע ſuprà.

Pagninus. נֹא & נא' Munſt. Merc.

נֻסְחָא אַחֶרֶת, vel Chaldaïcè magis אָחֳרָנָא, quod ſcribūt אחרינא, exemplar aliud. אָחֳרָן & אָחֳרָן idem valent. At נא eſt נֶאֱמַר dictum eſt, & cum ש, שנא' paſſim in comment. pro שנאמר quia dictum eſt, vel כמו שנא' vt dictū eſt, cùm videlicet ſcripturam citant, non alia.

Quinquarb. נ״ח

נְגִינָה דָגֵשׁ חִירִי accētus daghes, Iric, apud Maſorethas ſæpenumero.

Quin-

Quinquarb. נ״ת

נְתִינַת הַתּוֹרָה datio Legis.

Quinquarb. נוספ׳ & נוס׳

נוֹסָפָה vel נוֹסֶפֶת adiectio,additamentum,adiectiuum. Legitur etiã aliquando נוספ׳,nec sunt capita dictionũ.

Munst. Quinquarb. נ״ז

נִזְכָּר memoratum, & cum he, הנ״ז, id est, הַנִּזְכָּר. Vel נֻסְחָא זה Exemplar istud.

Quinquarb. נחו״ת

Quod Psalmo 77.versu vltimo,duxisti,significat,per notas in Bamidbar Rabba,sectione 23.paulò licétiùs à nonnullis Hebræorum quatuor modis explicatur. Primò enim נחו״ת idem est quod נִסִּים עָשִׂיתָ עִמָּהֶם,חַיִּים נָתַתָּ לָהֶם׃ יָם קָרַעְתָּ לָהֶם׃ תּוֹרָה נָתַתָּ לָהֶם׃ signa fecisti cũ eis: vitã dedisti eis: mare diuisisti eis,legẽ dedisti eis. Secũdò, נִפְלָאוֹת עָשִׂיתָ לָהֶם׃ חֵירוּת נָתַתָּ לָהֶם׃ יְמִינְךָ הוֹשִׁיעָה אוֹתָם׃ תָּלוּי רֹאשׁ נָתַתָּ לָהֶם׃ miracula fecisti eis: libertatẽ dedisti eis:dextera tua seruauit eos:erectũ cap.dedisti eis. Tertiò,נְבִיאִים הֶעֱמַדְתָּ מֵהֶם׃ חֲסִידִים הֶעֱמַדְתָּ מֵהֶם׃ יְשָׁרִים הֶעֱמַדְתָּ מֵהֶם׃ תְּמִימִים הֶעֱמַדְתָּ מֵהֶם׃ Prophetas constituisti ex eis : Pios constituisti ex eis: Rectos constituisti ex eis : inculpatos constituisti ex eis. Quartò,נוֹרָאוֹת עָשִׂיתָ בְּשׂוֹנְאֵיהֶם׃ חֲרוֹן אַף שִׁלַּחְתָּ בָּהֶם׃ יָדְךָ הוֹלְחֲמָה אוֹתָם׃ תְּהוֹמוֹת כִּסִּיתָ עֲלֵיהֶם׃ Horrifica fecisti contra osores eorum:furorem iræ misisti in eos:manus tua bellicosos fecit eos : abyssos abscondisti propter eos. Supplendum, siue repetendum autem est in singulis istis sententiis ex ipso versu Psal.77.Per manum Mosis & Aharonis:hoc modo.Signa fecisti cum eis per manum (siue opera) Mosis & Aharonis,&c.

Mercerus. נ״כ

נְבִיאִים כְּתוּבִים prophetæ, hagiographa. Et cum ב,בנ״כ, id eſt,בִּנביאים וכתובים in prophetis & hagiographis.

Aurigal. Quinq. נ״ל Genebrard.

נִזְכָּר לִי memoratum à me,vel נזכר למעלה,vel Syriacè & Hebr.נזכר לְעֵילָה memoratum ſuprà. Vide & ſuprà in הנ״ל. Significat etiam נִרְאֶה לִי videtur mihi, vel לָנוּ nobis. Vel נוּכַל לוֹמַר poſſumus dicere, ſæpe apud Rabbi Iſaac.

Cellarius. נ״ם

מִנָּא נְפַקָא exit inde, hinc conſequens eſt, מנא pro מִנָּה Chald. & Talmud.

Quinquarb. נמ״רץ

נוֹאֵף מַמְזֵר רָשָׁע צוֹרֵר adulter, ſpurius, impius, afflictor. Sic enim explicant patres circũciſi in Bamidbar Rabba in Paraſa nona vocabulum נִמְרָץ obfirmatus, quod legitur Micheæ 2.verſu 10. Quaſi dicere voluërit Michæas ſecundum patres illos. Obfirmatè perdet & euomet vos terra propter adulteria, impudicitias, impietates, impunitas & liberas vexationes.

Pagninus. Merc. נ״נ

נִינְוֵה Niniue notatur vt ר״ת, etſi vnica ſit vox, ſelectis ex ea duobus nunin, omiſſo vaf & iod intermedio. Valet & נְבוּכַדְנֶצַּר quod vnica voce in multis exēplaribus ſcribitur, Nabuchodonoſor.

Pagninus. נ״ע Merc.

נוּחוֹ עֵדֶן requies eius ſit paradiſus. Sic ſæpe defunctorum meminerunt, pro ז״ל vel זצ״ל ſuprà dictis.

Genebrardus. נפ׳

נַפְתָּלִי Naphtali, cuius notationem in marginibus Ma

ſoretæ

ſoretæ ſcribunt, cum interior ſit ben Aſer, quem nos occidui ſequimur.

Pagninus. נר׳

נִרְאֶה videtur, non ſunt raſe reuoth.

Quinquarb. נרו׳

נַטְרֵיהּ רַחֲמָנָא וְשַׁמְרֵיהּ cuſtodiat illum miſericors eumque conſeruet. Sic quandoque bene precantur eis, quos in ſcriptis ſuis nominant.

Quinquarb. נשגו׳

נִדָּה,שִׁפְחָה,גוֹיָה,זוֹנָה immũditia, ancilla, ethnica, meretrix. Ex Aruc. Sic enim taxant impuritatem & impudicitiam ſcorti.

Quinquarb. נשׂק׳

נַפְתָּלִי שְׂבַע רָצוֹן Naphtali ſatur fauore. Sic enim notis cõprehendunt verba illa Moſis morituri benedicentis tribui Naphtalis, Deut. 33. eaſque notas expreſſas fuiſſe in vexillo tribus Naphtalis affirmant.

Quinquarb. נת׳

נְתִינַת תוֹרָה datio legis, in auth. faſc. mirrhæ.

Samech

Pagn. Quinquarb ס״א & סב׳.

סֵפֶר אַחֵר liber alius. cum beth, בס״א, בְּסֵפֶר אַחֵר in alio libro, quod margini Bibliorum aſcribunt notantes variam lectionem. Nam נ״א de aliis propriè dicunt. Significant etiam ſæpenumero ס״א idem quòd סִבָּה אַחַת cauſa vna, vel prima & cum ב, סב׳, id eſt, cauſa ſecũda.

Mercerus. סבי׳

סְבִירִין quæ creduntur falſò, vel verè, in Maſoreth. nec ſunt notæ.

Merc.

Mercerus. סנ׳

סוף גמרא & cum ב,בסנ׳,id eſt,בסוף גמרה in fine ghemaræ. Vide גנ׳.

Pagninus. סר׳ Merc.

סלקא דעתך aſcendit mens tua, vel in mentem tuam, putáſne? aut in animum inducis? In eum enim ſenſum vtuntur, cùm quid amoliuntur. Valet & in principio, vel fine librorũ cũ ב,בסר׳,בסערא רטמיא. Vide in בסר׳.

Mercerus. סרא׳

סלקא דעתך אמינא aſcendit mens tua, quòd ego affirmẽ vel dicam? putas me affirmare, vel dicere?

Genebrardus. סה׳

ספר התורה liber legis. Videtur liber peculiaris ſæpe citatus ab interpretibus Talmud.

Pagninus. סו׳

pro סוף finis. non ſunt רת׳, ſicut nec

Mercerus. סי׳

pro סימן ſignum, exemplum. Frequens in Maſorethis, qui multa memoriæ cauſa ſymbola proponunt ex ſuis locis intelligenda, ſæpe obſcura & arguta. Atque ars eſt ſeorſim tractãda. valet & ספרא liber, more Chald. ſed tunc ſolet ſępenumero addi pe, סיפ׳, & cum ב, בסיפ׳ & cum daleth, רסיפ׳ libri.

Mercerus. סל׳

סברא ליה opinio eius eſt, arbitratur.

Cellarius. סמג׳

בסמג׳ ספר מצות גדול. Vide ſuprà in בסמג׳.

Mercerus. סמי׳

סמיד vel סמיכין, coniunctum vel coniuncta, nec ſunt notæ.

Cel.

Cellarius. סמ״ק

בסמ״ק. Vide suprà in סֵפֶר מִצְוֹת קָטֹן

Pagn. Quinquarb. ס״פ

סוֹף פָּסוּק finis versus, vel plural. סוֹפֵי פְסוּקִים fines versuum. Vel סוֹף פֶּרֶק finis capitis.

Cellarius. ספ״ק

סוֹף פֶּרֶק קַמָּא finis primi capitis. Vide בספ״ק.

Quinquarb. ס״ר

סִבָּה רִאשׁוֹנָה causa prima, primum agens, siue, primum efficiens, id est, Deus optim. max.

Quinquarb. סש״ר

סֵפֶר שְׁמוֹת רַבָּא est nomẽ libri collectaneorum patrum circuncisorum in librum Exodum Mosis, quem שְׁמוֹת Hebraïcè appellant.

Pagn. Munster. ס״ת Merc.

סֵפֶר תּוֹרָה liber legis, literas seruiles facilè præposueris רְס״ת, לְס״ת, בְּס״ת, &c. Valet etiã סוֹף תֵּיבָה finis dictionis, vel סוֹפֵי תֵיבוֹת fines dictionum. De quo infrà in abbreuiatione ר״ת.

Ain

Munsterus. ע״א Merc.

עִנְיָן אַחֵר negotium aliud, alia significatio. Frequens in Radicibus Kimhi cum ו, וע״א & aliud significatum.

Pagninus. עא״כו Merc, Quinq.

עַל אַחַת כַּמָּה וְכַמָּה pro vno, quot & quot. Sic dicũt pro quantò magis, vel quantò plura sunt. כַּמָּה & כַּמָּה dici quoque potest. In principio auct. fasc. mirrhæ. in Beresit. Rabba Parasa 48. & aliàs.

Merc. Quinquarb. ע״ג

עַל גַּב או גַּבֵּי super eminentiã, in superficie vel fastigio. Sic etiam idẽ est quod עֲבוֹדָה גְּדוֹלָה. Seruitus magna.

Mercerus. עגֹם

עַל גַּב מִזְבֵּחַ in ſuperficie altaris, ſuper altare. Eſt etiam אַףְעַג quanuis, vt ſuo loco dictum eſt.

Pagn. Quinquarb. ע״ד

עַל דֶּרֶךְ iuxta viam, vel per modum, vel etiam עַל דָּבָר ſuper re, vel de re.

Genebrardus. עד״ה

עַל דֶּרֶךְ הַדְּרַשׁ iuxta modum allegoricũ, ſiue myſticũ.

Pagninus. עד״ם

עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל per modum parabolæ, figuratè, vel exempli cauſa.

Quinquarb. עד״ש

Vide ſupra in רצ״ך.

Pagn. Merc. ע״ה Quinquarb.

עָלָיו הַשָּׁלוֹם ſuper eum pax, vel עֲלֵיהֶם הַשָּׁלוֹם ſuper illos pax. Sic de ſanctis loquuntur, qui vitam cum morte commutarunt. Hoc autem non ſemper verum cõperitur, nam R. Dauid Kimius in lib. rad. in radice אות de patre ſuo loquens dixit ע״ה. Sic quoque author faſciculi mirhæ in principio commentar. in ſectionem וַיִּקַּח קֹרַח qua reſpondet cap. 16. Numer. loquens de ſuis Hebr. doctoribus dixit ע״ה pro עֲלֵיהֶם הַשָּׁלוֹם ſuper illos pax. Vide ſuprà, vt differat à ז״ל, ibidem. Interdũ עִנְיָן הַזֶּה hoc negotium. Rariùs עוֹלָם הַזֶּה hoc ſeculum, quod magis notatur עה״ז. Item עולם הַבָּא futurum ſeculum, ſed id, ſi pręceſſerit עולָם הַזֶּה, quod ſenſus facilè commonſtrat, etiam non præcedẽte עולם הזה videtur ex comment. ipſius Aben Ezræ in verſum 2. decalogi Exod. 20. & paſſim aliunde. Interdum quoque valet עולָם הַנְּפָשׁוֹת ſeculum animarum, id eſt, futurum ſeculum,

ſit, quomodocunque ſit. Item עַד כָּאן פֵּרוּשׁוֹ hactenus illius expoſitio.

Pang. Munſter. ע״מ Merc.

עַל מִשְׁקַל אוֹ מִשְׁקַל iuxta pondus, formã, &c. Et עַל מְנָת cũ conditione, ea lege. Rariùs עָוֶל מְשֻׁקָּץ, vel עָוֶל, peruerſitas deteſtanda, vel peruerſus abominabilis, Gallicè, meſchant abominable, ou meſchanſete abominable.

Mercerus. עמ״א

עַל מִשְׁקַל אַחֵר iuxta aliam formam.

Munſt. Quinquarb. עמ״י עש״ו

עזרי מעם י׳י עושה שמים וארץ auxilium meum à Domino cœlo & terra conditore. Integer verſiculus ex Pſalm. 121. quem ſuis libris plerunque prænotant Hebræi. Vel etiam ſi non ſint notæ, ſed duæ dictiones, עִמִּי עֲשׂוּ idem ſignificant quod. Mecum facite, id eſt, mihi fauete, ſiue mihi adeſte muſarum cultores & erunt verba typographi.

Quinquarb. עמ״ק בלב״ל

Vide ſuprà in בלע״ם בל״ק.

Quinquarb. ענ״ג

עֵדֶן נָהָר גַּן deliciæ, fluuius, hortus: ſic enim paradiſum circunloquuntur.

Quinquarb. ענ״ל

עִנְיָן נִזְכָּר לְמַעְלָה negotium, vel res memorata ſuprà.

Merc. Quinquarb. ע״ס

עֵט סוֹפֵר ſtilus ſcribæ. Libri nomen vbi de accentibus & Maſora quædam collegit & ad compendium poſuit R. Dauid Kimhius. Illum autem librũ vidit Elias Iudæus annotatum & deſcriptum in marginibus exterioribus

cipit literas eodẽ modo. Facit etiã idẽ quod פֵּירוּשׁ expositio, explicatio, vel פֵּירוּשׁוֹ expositio eius, vide פי׳.

Pagn. Merc. פא׳

פֵּרוּשׁ אַחֵר expositio alia. & tractatus in Talmud titulo פִּרְקֵי אָבוֹת capita, seu sententiæ patrum.

Quinquarb. פנין

Vide ופנין suprà.

Merc. Quinquarb. פד׳

פַּתַח דְסִפְרָא patha ipsius libri, id est, patha inuariatum manens. cùm ob accentum patha non mutatur, quod certis in locis & libris fiat. Per patha porrò etiam segol intellige, nam à Masorethis patha magnũ dici solet –, patha paruũ verò ∴. Valet & Masorethis פִּסְקָא דְסִפְרָא pasec, vel pesic ipsius libri, quasi dicat, vnus pesik accẽtus, qui in aliquo libro inuenitur פֹּעַ, id est, ex præscripto Masoretharum, post quem scilicet nõ sequitur Reuia accentus. At Legarmeh accẽtus figura omnino ipsi pesic accentui similis, post quem semper sequitur Reuia accentus, numero ipsius pesic, eximitur.

Quinquarb. פורקטב

פִּיּוּס זְמַן רֶגֶל קָרְבָּן שִׁיר בְּרָכָה deprecatio, tempus, solẽnitas, oblatio, canticum, benedictio.

Aurigal. Munster. פי׳ Merc.

פֵּרוּשׁ vel פֵּרוּשׁוֹ expositio, vel expositio eius, passim in commentar. Leges & pro sensu, פֵּרֵשׁ exposuit, פֵּרְשׁוּ, פֵּרַשְׁנוּ, פֵּרַשְׁתִּי, &c.

Pagn. Quinquarb. פק׳

פֶּרֶק קַמָּא caput primũ, vel etiam פִּרְקָא קַמָּא, apud Talmuditas. Et cum ב בְּפ״ק, in cap. primo. Aliàs vbi in annis

nis ab orbe condito maiorem numerum auferunt, est פְּרַט קָטָן, sed cum ל, לִפְרַט קָטָן iuxta supputationē particularem, vel, secundum minorem numerum, omissis millenariis.

Mercerus. פר׳

פֶּרֶק caput, vt suprà in פ׳. Literas seruiles facilè est praeponere.

Cellarius. Merc. פר״ק

פירש רבי או רַבֵּינוּ דוד קמחי, exposuit, vel פירוש expositio R. Dauid Kimhi, vel sine ק, פר״ר.

Cellarius. פר״ח

פֵּרַשׁ או פֵּרוּשׁ רַבֵּנוּ חֲנַנְאֵל exposuit doctor noster Ananel vel expositio, & c.

Cellarius. פר״י

פירש רבינו יצחק exponit, vel exposuit doctor noster Isaac. Quinquarb. פר״מ

פֵּרַשׁ רַבִּי מֹשֶׁה exposuit Rabbi Moses.

Cellarius. Merc. פר״שי

פירוש או פירש רבי או רבינו שלמה ירחי, exposuit R. Selomo Iarhi.

Mercerus. פר״ת

פֵּרַשׁ רַבֵּנוּ תָּם exposuit magister noster Tam.

Tsadi

Quinquarb. צא״ל

צָרִיךְ אַתָּה לוֹמַר coactus est tu dicere, vel tu necesse habes dicere.

Merc. Genebrard. צ״ל

צָרִיךְ לוֹמַר necesse est dicere. Vel צָרִיךְ לְתַקֵּן necesse est corrigere, emendare. In mendis librorum sic loquuntur.

Mun-

Munſterus. צ״ע Merc.

צָרִיךְ עִיּוּן conſideratione opus habet.Et cum ו à fronte ſuprà poſitũ eſt in וצ״ע.Addũt & ב à fronte aliquãdo.

Munſter. צע״ב Quinquarb.

צריך עיון בְּשׁוֹרֶשׁ,conſiderandum diligẽtius, vel neceſſaria eſt conſideratio in radice, id eſt, rei primordia attentiùs ſcrutanda ſunt, vel diligenter examinanda eſt dictionis proprietas.

Coph

Munſter. Merc. ק׳

Simplex ק׳ valet קָשֶׁה durum,difficile,id eſt,obiectio, quęſtio ſcrupulus & in Maſ.vbi lectio diuerſa à ſcriptura notatur,ק׳ eſt קְרִי legitur.Et apud Talmudit.קַמָּא, vt cùm dicunt ק׳ פר׳ caput 1.

Mercerus. קאמ״ל

קָא מַשְׁמַע לָן in Tal.quod notabile nobis,vel vnde nobis obſeruandum.

Quinquarb. ק״ג

קְהִלָּה גְּדוֹלָה congregatio magna. Vidẽtur autem mutuati ex Neemiæ verſu 7.quinti cap.

Cel. Merc. Quinquarb. ק״ו

קַל וָחוֹמֶר leue & graue.Sic vocant argumenrum à maiori vel minori.Significant etiam plus,aut minus.Eſtque vnus ex 13. modis quibus legem dicunt exponi poſſe.De qua re ſuprà in מנ״ט.

Quinquarb. ק״י

קְהִלַּת יַעֲקֹב Eccleſia, ſiue congregatio Iacobæorũ. ex verſu quarto autem 33.capitis Deuteronomij videntur depromp ſiſſe.

Merc.

Mercerus. קל

קַיְימָא לָן probatio nobis. Cùm argumentum pro se afferunt.

Quinquarb. קמחי

קִרְבַת מְלִיצַת חָכְמָה יִתְרוֹן proximitas interpretationis sapientiæ excellens: his quatuor dictionibus, quę sequuntur tres primas dictiones, à quibus incipit grammatica Rabbi Mosis Kimhij, per notas allusit ille ad cognomen suum קִמְחִי, vt suprà per notas משׂה, ad suũ nomen proprium.

Mercerus. קמל

Vide suprà in קאמל.

Genebrardus. קסר

קָא סָלְקָא דַעְתָּךְ sanè ascendit in mentem tuam.

Merc. Quinquarb. קק

קְהִלַּת קֹדֶשׁ congregatio sancta. Sic suas synagogas appellãt, vt קק וְנִיצִיאָה sancta synagoga Venetiana. Vel quandoque קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ sanctus sanctus, in auth. fascic. mirrhæ in sectione Beresith & aliàs.

Mercerus. קקק

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ sanctus, sanctus, sanctus, Isa. 6. quod ad 300. significanda in numeris accommodant, vt solent in numeris ad aliquem scripturæ contextum argutè alludere.

Quinquarb. קרוּבּץ

קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה בְּאָהֳלֵי צַדִּיקִים vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Quod depromptum est ex versu 14. Psal. 118.

Pagninus. Munst. קש Merc. Quinq.

קְרִיאַת שְׁמַע vel קְרִית, Lectio, Audi, id est, Lectio quæ

 incipit

incipit Audi. Ex Deut.6. ſolent nanque bis diebus ſin gulis, manè ac veſperi recitare ſumma cum attentione illud שְׁמַע ישראל י׳י אלהינו י׳י אחד. Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt, & quę ſequũtur: quæ lectio velut ſumma totius legis eſt. Dant autem operam, vt in loco quàm maximè mundo hæc recitent. Vide notas יאׄא ſuprà. Res

Aurigal. Merc. Quinquarb. ר׳

רַב vel רַבִּי, quod & nos ſequimur ſcribentes R. pro Rabbi. Sed Rabbi maior eſt quàm Rab. His maior רַבָּנוּ, Syriacè רַבָּן magiſter noſter, etſi Elias nun in aduẽtitium putet, vt & י in רַבִּי. Sed vſus ipſius Talm. aliud docet. A רַבָּן tamen quaſi nun non eſſet נוספת, faciunt plurale רַבָּנִים. At à רַב vel רַבִּי formatur plurale רַבִּים, etſi cum cum affixis dicant רבּוֹתֵינוּ ea forma qua אֲבוֹתֵינוּ. Quod autem ille putat רַבָּנָן ſignificare doctor noſter, ego plurale potiùs putarim, vt in תָּנוּ רַבָּנָן obſeruarunt, ſeu ſtuduerunt doctores noſtri. Cæterũ obſeruabis ita initio diſtinctas fuiſſe has voces, vt רַב & מָר de ſapientibus, quibus in Babylonia inter Iudæos manus imponebantur, dicerentur, רַבִּי autem, vel רִבִּי iuxta alios, de Iſraëliticis. Nam רִבִּי aut רַבִּי imperitè Iudæi Germani proferunt & ſcribunt, contrahentes ר׳. In ſcribendo plerunque addũt י, ריבי quod ſignũ eſt voluiſſe eos legi רִבִּי, vt & בריבי, id eſt, בַּר רִבִּי, ſcribũt & interim י etiã poſt ב adiecto, ביר ריבי. Ieroſolymitanè בִּיר, idem eſt quod בַּר filius. Vnde & רִבּוֹן ſcribi malunt quàm רַבּוֹן pro domino, vnde frequenter legitur & potiſſimùm in Rabboth, רִבּוֹנוֹ שֶׁל עוֹלָם Dominus ipſius mũdi, id eſt, Deus. At videmus

veteres

veteres etiam per á extulisse, vt in euangelio Rabboni, quod idem est cū Rabbi, Domine mi. Porrò רַבָּנָא seu רַבָּן erat propriè de sapiētibus domus Dauid, אַבָּא verò & אֲבִי pater & pater meus, de sapientibus & senioribus, vt passim in Talmud, אַבָּא שָׁאוּל Abba Saul, pater Saül. Sunt qui pro מַר dicūt מֹר, sed tū cum מוֹר,ו scriberetur. Hæc quia passim apud Hebræos occurrūt, ex genuino illorum vsu distinguere voluī. Et hos gradus illis in vsu fuisse videmus iam à Christi temporibus, etsi longè maximum eum fateantur, qui simplici nomine appellatur. Nam veteres ab his titulis abhorrebant suis contenti nominibus.

Pagninus. Merc. ר״א & רא׳

ראש caput, Dux, Princeps: at cum duplici apice ר״א est ר׳אברהם Rabbi Abraham.

Genebrardus. ר״א

רַבּוֹתֵנוּ אָמְרוּ magistri nostri dixerunt.

Quinquarb. רא״בי

רַבִּי אֶלְעָזָר בֶּן יוֹחַאי R. Eleazar filius Ioaai, est nomē filij authoris libri Zoar, qui ab Auo dicitur filius Ioaai.

Munst. Merc. רא״בע Quinq.

ר׳אברהם בן עורא vel ר׳אבן עורא simpliciter, etsi hoc durius est sine Abraham. Aliàs nudè appellatur, א״ע Aben Ezra vt suprà. Significant etiam רא״בע in Raboth, in Tanuma, in Sepher Siphræ & aliàs, idem quod רַבִּי אֱלִיעֶזֶר בֶּן־עֲקִיבָא Rabbi Eliezer filius Akibæ.

Quinquarb. רבי״ם

רוֹמִיִּים, בַּבְלִיִּים, יְוָנִים, מָדַי Romani, Babylonij, Græci, Media, id est, Medi. Istis notis enim quatuor perstringere solent monarchias.

Quinquarb. רב״ע

רבון ברוך של־עולם Dominus benedictus mundi: pro, benedictus, siue laudandus mundi Dominus. in ברוש in Psal. 119. in ג, vbi reddendæ sunt istæ notæ ex orationis filo sic: laudande Domine mundi. Sic etiã reddẽdæ sunt in רברים רבה in fine סרר, qui dicitur ואתחנן.

Merc. Quinquarb. ר״ג

בראש גמרח & cum ב, ברג״ב, id est, ריש או ראש גמרח initio ghemaræ, vide ג״ם. Item רבן גמליאל doctor noster Gamaliel. Vel etiam רבי גרשון R. Gerson. Vide in מ״ה.

Pagninus. Merc. ר״ד

רבון דעולם dominus mundi, vel Caldaïcè magis דעלם. Hebraïcè רבונו של־עולם vnũ ex 10. nominibus, quæ Rabbini Deo tribuunt, רבון Cald. est, Heb. ארון.

Munster. Merc. רד״פ

רבי דויד פירש Rabbi Dauid exposuit. Intelligunt R. Dauid Kimhi inter recentiores longè doctissimum.

Mercerus. רד״ק

רבי דויד קמחי, & cum ה, הרד״ק, id est, הרבי, &c. Rabbi Dauid Kimhi.

Munster. Quinquarb. ר״ה

ראש השנה initiũ anni, quod celebrant primo die Tisri mensis septimi. Sic etiam ראש חודש initium mensis, siue nouilunium. Et etiam רבון העולם Dominus mundi, vel העולמים, id est, seculorum. Vel רשות הרבים licentia multorum, licitum multis, multis commune. Vel etiam רוח הקדש Spiritus sanctitatis.

Quinquarb. ר״ו

Vide hic statim in רו״ל.

Pagn.

Pagn. Quinquarb רו״ל

רבותינו זכרם או זכרונם לברכה doctores nostri quorum fœlix est recordatio: idem sępenumero significant ר״ו omisso ל in authore fascic. mirrhæ & aliàs.

Aurigal. Merc. ר״ח Quinq.

ראש חדש Legitur in authore fascisc. mirrhæ in cap. 9. Gen. Num. 28. & in Elia oriẽtali Num. 5. & aliàs, pro initio mensis, nœmenia, calendis, quas festas agere lege iubebantur. valet & רַבֵּינוּ חֲנַנְאֵל doctor noster Ananel, cuius in Talmud. scriptis frequẽs est mentio. Vel etiam רַב חַסְדָא magister Asda, est autem nomen cuiusdam doctoris.

Merc. Quinquarb. ר״י

רַבִּי יוֹסֵף in Talmud. Sic etiam רַבִּי יוֹנָה Rabbi Iona, vel R. Iehuda. Vel etiam רַבִּי יִשְׁמָעֵאל Rabbi Ismaël. Et cũ ש sic רי״ש, רבי ישמעאל.

Quinquarb. ריב״א

רַבִּי יַעֲקֹב בֶּן אֶלְעָזָר Rabbi Iacob filius Eleazari.

Quinquarb. ריב״ו

Vide suprà in ב״ו.

Pagninus. ריב״ל

ר' יְהוֹשֻׁעַ בֶּן־לֵוִי, R. Iosue filius Leui.

Mercerus. ריב״ן Quinq.

Haud scio an Talmuditis sit ר' יַעֲקֹב בֶּן נַפְתָּלִי R. Iacob filius Naphtali, de quo suprà in ב״נ. Talmud ante istius rabbini tẽpora scriptum fuit & in Talmud nusquam punctorum & accentuum, quæ huius seculo inuenta sunt, fit mentio.

Quinquarb. ריבר״ס

רַבִּי יוֹנָה בַּר רַבִּי סִימוֹן R. Ionas filius Rabbi Simonis.

Quinquarb. ר״ה

רַבִּי יַנָּאִי הַכֹּהֵן Rabbi Ienaï ſacerdos.

Quinquarb. ר״ן

רַבִּי יַעֲקֹב נַקְדָן R. Iacob punctator, eſt nomen authoris.

Quinquarb. רכשם מעק פו״ח

אָרוֹן, כַּפֹּרֶת, שֻׁלְחָן, מְנֹרָה, מִשְׁכָּן, יְרִיעוֹת, קְרָשִׁים, פָּרֹכֶת, מִזְבַּח הָעֹלָה, חֲצַר הַמִּשְׁכָּן, arca, propitiatorium, menſa, candelabrum, tabernaculum, vela, aſſeres, tapetum, altare holocauſti, atrium tabernaculi. Vbi obſeruandum eſt & aliàs, ipſos Maſorethas non ſemper pro notis vſurpare primas, quas capita dictionum vocãt, literas, ſed aliquando ſecundas, vel tertias & etiam duas dictiones, puta regentem & rectam, vel rectam & regentẽ, vna dũtaxat litera. Vide notas מעקף רכשם קעו״ת ſuprà.

Pagn. Quinquarb. ר״ל

רוֹצֶה לוֹמַר vult dicere. paſſim in comment. Et pro loci cõmoditate cum primæ perſonæ pronomine רְצוֹנִי לוֹמַר volo dicere, ad verbum: voluntas mea (eſt) dicere: at cum tertię perſonæ pronomine legi etiã poteſt רְצוֹנוֹ לוֹמַר voluntas eius eſt dicere. Significant etiam ר״ל quandoque רָאוּי לוֹמַר viſus eſt dicere, ſiue videtur dixiſſe.

Munſterus. רלב״ג

ר׳ לֵוִי בֶּן גֵּרְשׁוֹם R. Leui filius Gerſom, recentior, cuius in multos ſcripturæ libros extant commentarij.

Quinquarb. ר״ם

רַבִּי מֹשֶׁה Rabbi Moſes, & cum ה etiam, dicitur הר״ם id eſt, הֶחָכָם רַבִּי מֹשֶׁה ſapiens Rabbi Moſes.

Merc. Quinquarb. רמב״ם

ר׳ משה בן מיימון R. Moſe filius Maimon, vide ברא״.

Merc.

Mercerus. רמבן

רבי משה בֶּן נַחְמָן R.Mose filius Nahman.

Merc. Quinquarb. רמח

ר׳ משה חזן R.Mose lector, vel circunspectus, oratione sua dimittens populum, absolutis videlicet precationibus. Quisnam hic fuerit, ignorat Elias in fragmentis tabularum: nisi ille fuerit, qui canones de punctatione adscripsit circum Masoram magnam, quæ ad calcem magnorũ Bibliorum Venetiis excusa est. Est & hoc symbolum ad memoriam 248. membrorum, ex quibus constare aiunt humanum corpus. Inuersa quoque literarum serie literæ רמח idem faciũt quod חֶרֶם anathema, maledictum dirum. Literarum huiusmodi inuersionem anagrammatismum appellant nostri. Vide suprà חר׳. Item symbolum 248. præceptorũ quæ appellant מִצְוֹת עֲשֵׂה præcepta fac, id est, pręcepta affirmatiua. vide תרי״ג suo loco.

Munst. Merc. Quinq. רעה

רַבֵּנוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם sic de Mose loquuntur præposito eius nomine. Vide suprà in מרעה. Sumitur etiam quãquandoque pro רִבּוֹן עוֹלָם הַזֶּה Dominus mundi huius: vel הַבָּא venturi.

Merc. Quinquarb. ר״פ

רֵיש פסוק, vel Hebr˙ ראש initio versus, vel etiam ראש פֶּרֶק initiũ capitis. vel plurali numero רָאשֵׁי פסוקים initiis versuum. At ר״פ est רָפֵי vel רָפֶה, vel pluraliter רָפִין, raphe affectum, vel affecta.

Pagn. Merc. Quinquarb. ר״ש

ר׳ שלמה R.Selomo, & interdum ר׳ שִׁמְעוֹן in Tal. Et cũ רש״י. Significat etiam ראש שֵׁבֶט caput tribus.

Merc.

Mercerus. Quinq. רשבג

Eſt Talmuditis רַבָּן שִׁמְעוֹן בֶּן גַּמְלִיאֵל magiſter noſter Simeon filius Gamalielis, de quo infrà ſub finem huius libri in חר. Sunt etiam iſtæ notæ רשבג idem ſignificantes, frequẽtes ſatis in Rabboth, in Tannuma & aliàs quàm in Talmuditis ſcriptis.

Quinquarb. רשבי

רַבִּי שִׁמְעוֹן בֶּן יוֹחָאי Rabbi Simeon filius Ioaai, nomen eſt authoris libri *Zoar*. Videtur etiam fuiſſe author Sepher Siphre.

Genebrardus. רשבע

רִבּוֹן שָׁמַיִם בּוֹנֵה עוֹלָם Domine cœli, ſtructor mundi.

Quinquarb. רשגם

רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן גָּד מְנַשֶּׁה Ruben, Simeon, Gad, Manaſe, frequens eſt apud Maſorethas.

Quinquarb. רשהסבה

רַבִּי שְׁלֹמֹה הַסְּפָרְדִּי בַּעַל הַשִּׁירִים Rabbi Selomo Hiſpanus author canticorum. Vel ſine ם cum ש in fine dicitur, רשהבהש. Satis frequens in Aben Ezra & aliàs.

Munſter. רשי Quinquarb.

רבי שלמה ירחי Rabbi Selomo Iarhi, inter illos celeberrimus, Gallus Trecenſis, vt nonnulli volunt. Vel potiùs Rabbi Selomo Lunæus, ſiue Lunenſis ab oppido Aquitaniæ, quod Lunel appellatur, à יָרֵחַ enim nomine ſignificante Lunã, videtur formatum nomẽ adiect. יַרְחִי Lunæus, ſiue Lunenſis. Fuit itaque ille Aquitanus Gallus, quo tẽpore Iudęi erãt in Gallia. Significãt etiam interdũ רֹאשׁ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל caput tribuum Iſraëlis. Quinquarb. רשע

רִבּוֹנוֹ שֶׁל־עוֹלָם Dominus ipſius mundi, de quo in ר & in רר.

Merc.

Munſt. Merc. ר״ת Quinq.

רָאשֵׁי תֵיבוֹת ראש תֵּיבָה principium dictionis, vel plural. capita dictionum. Sic appellant, vt dictum eſt, veras notas, ſiue abbreuiationes. Quanquam Reuchlinus paulò aliter ſumere videtur lib. 3. Cabalæ, vbi Notariacō dicit tres patres habere, vnam cùm ſignaculum aliquod ab initio dictionis ſumitur & apicibus (vt fieri ſolet) in ſublimi notatur & dicitur ר״ת. Alterā cùm à fine verbi propoſiti, & dicitur ס״ת, de quo ſuprà. Tertiam cùm à ſingulis verbi cuiuſlibet literis notæ ſingulæ deducuntur, quod generali nomine נוטריקון appellant. Eſt & תְּמוּרָה cùm litera pro litera ponitur, vt in באת בש dictū eſt, & גִּמַטְרִיָּא Geometria, cùm arithmetica proportione vnius nominis literæ reſpōdent alteri. Sed hæc Cabalica ſunt, Vide נ״ת. Apud Talmuditas vero ר״ת valet רַבֵּינוּ תָּם magiſter noſter Tam, & cum vaf, ור״ת & rabbinu Tam. Valet quoque frequenter in Rabboth ר״ת idem quod רַבִּי תַנְחוּמָא.

Sin

Quinquarb. ש׳

שֵׁם nomen, vel שֵׁמוֹת nomina.

Quinquarb. ש״א

שׁוּם אִיתְּתָא dicitur Syriacè & Heb. שֵׁם־אִשָּׁה, id eſt, nomen mulieris.

Quinquarb. שא״א

שֶׁאִי אֶפְשָׁר quia non eſt poſſibile.

Quinquarb. שאחז״ל

שֶׁאָמְרוּ חֲכָמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה quod, vel, vt dixerunt ſapientes noſtri, quorum memoria ſit conſecrata.

Quinquarb. שאל

שֶׁאָמַר vel שֶׁאָמְרוּ לָהֶם vel לוֹ qui dixit, vel qui dixerunt illi, vel illis.

Munſterus. שבד Merc.

שֶׁבֵּית דִין quòd domus iudicij. Reuocandum ad בד ſuprà cum ש ſit ſeruile.

Merc. Quinquarb. שבן vel שבנ

שֶׁם בַּר נַשׁ Hebr. שֶׁם בֶּן אָדָם, nomē proprium viri. vel נַשׁ vel נַשׁ & נָשָׁא Syriacè & Ieroſolymitanè idē eſt quod אֱנָשׁ & אֱנָשָׁא homo. Sic enim loquuntur, quando ſe offert & occurrit aliqua dictio pro nomine proprio, quæ aliàs habet ſignificationem aliam, vt אֲחֻזַּת ſecundum Maſorethas Geneſ. 26. eſt nomen proprium viri & aliàs ſignificat poſſeſſionē, ſic יוסף nomen eſt proprium & quandoque verbum futuri temporis coniugationis Hiphil, ſignificās addet, ſic etiam אָחָז nomē eſt proprium regis & verbum, cum ־ ־ in accentu diſtinguente ſignificans tenuit, apprehendit.

Pagninus. שד

שְׁפִיכוּת דָמִים effuſio ſanguinum. vel in ſing. שְׁפִיכוּת דָם.

Quinquarb. שה

שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ Nomen explicatum, ſiue dilatatum, per quod intelligere ſolent nomē tetragrammaton יהוה quod explicare ſolent per nomen vel duodecim, vel 42. literarum, de quo videbis aliquando Deo duce, in radice אור in theſauro Sanctis Pagnini à me multis in locis aucto & recognito.

Quinquarb. שופר

שָׂטָן וְאֵין פֶּגַע רָע ſatan neque occurſus malus eſt, quaſi dicatur, neque ſatan, neque cacodæmō aliquis adeſt.

Sonitu

Sonitu nanque buccinæ, aut tubæ legalis credebant malos genios turbari & terreri, שׁופר enim buccinam siue tubam significat & ex illius literis notas istas excogitauerunt.

Munster. Merc. ש״י

שֶׁיְהֵא quod sit, Chaldaicè & Rabbinicè. pro שֶׁיִּהְיֶה, Item שֶׁיִּחְיֶה qui viuat. Item שֵׁם יִתְבָּרֵךְ, sed tunc ferè nō sine ה, vt suprà חש״י vel ה״י, illic vide.

Genebrardus. שׁילנע

Contractio quinque Patriarcharũ in Masora Gene. 5. Sem, Iared, Lamech, Noa, Heber.

Quinquarb. ש״ין

שֵׁם יְהוָה נִקְרָא nomẽ Domini prolatum. Vel etiam nomen Domini inuocatum, aut inuocandum. apud Cabalistas.

Quinquarb ש״ית

שֵׁם יִתְבָּרֵךְ Deus benedictus. Vide suprà חש״י.

Quinquarb. של״ות

שֶׁלְּאֹרֶךְ יָמִים טוֹבִים qui in lõgitudine dierum bonorum (viuat,) id est, qui diu fœliciterqué viuat.

Quinquarb. שלמע

שֶׁלְּמַעְלָה quia, vel quod supra. Nec sunt capita dictionum, siue notæ.

Merc. Quinquarb. ש״מ

שְׁמַע מִנֵּה vel מִנָּהּ audi ex eo, vel ex ea. Sic dicunt in Ghemara, pro, inde intellige. Vel שְׁמַע מֵהֶם fama ex illis est: siue ita receptum est. Vel etiam significant שֵׁם מְפוֹרָשׁ nomen explicatum, de quo in ש״ה.

Genebrardus. שמ״תי

שֶׁמְּתַרְגֵּם יוֹנָתָן vt transfert Ionathan.

Genebrardus. שמש

שֶׁמָּה שֶּׁאָמַר id quod dixit.

Pagninus. שנא vel ש׳נ׳ Munſt.

quod & ſcribi poteſt ש׳נאמ׳,quòd,vel quia dictum eſt. cùm ſcripturæ locum citant non ſunt ר״ת.

Mercerus. שסה Quinq.

Symbolum præceptorum negatiuorum numero 365. quæ appellant מִצְוֺת לֹא תַעֲשֶׂה præcepta non facies, id eſt, præcepta negatiua,quod & numerus eſt dierum anni ſolaris. vide חריג.

Quinquarb. ש״ע

שֶׁל עוֹלָם ipſius mundi, & tunc plerunque præcedit רבונו integrè ſic, רִבּוֹנוֹ ש״ע Dominus ipſius mũdi,id eſt Deus. vide notas רש״ע.

Quinquarb. שעמנו

שׁוּע טָוָה נוו lenire,ſiue pectere linum,nere,torquere.

Merc. Quinquarb. ש״צ

שְׁלִיחַ צִבּוּר legatus, vel vicarius vniuerſitatis, Syndic, deputè, Procureur,ou ſolliciteur d'vne cõmunaulté. De hoc ſæpe in eorum ſcriptis.

Munſter. שצם חנכל Merc.

Notæ 7. planetarum שַׁבְּתַי צֶדֶק מַאְדִּים חַמָּה, quod etiã ſcribunt שבתאו, נֹגַהּ כּוֹכָב לְבָנָה, Saturnus, Iupiter ab ęquitate & manſuetudine,Mars à rubore,Sol à calore,Venus à ſplendore,Mercurius κατ᾽ ἐξοχὴν à celeritate,vnde Deorum nuncium fecerũt,Luna à cãdore.

Quinquarb. ש״ר

שְׁמוֹת רַבָּא eſt nomen libri collectaneorum Hebræorum doctorum,de quo in ס״שר.

Merc.

Mercerus. של״ל

שֶׁרוֹצֶה לוֹמַר quod vult dicere, quod est referendum ad ל״ל.

Merc. Genebrard. ש״ת

שֶׁתְּחְיֶה quæ viuat. Scribunt vt ר״ת, cùm propriè eius generis non sit. De muliere viuente, sic loquuntur. Vel שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה (benedictus es Domine) qui exaudis orationem.

Quinquarb. שת״א

שֶׁתִּרְגֵּם אוּנְקְלוֹס quod transtulit Onkelos, vide ת״א statim.

Taf

Pang. Munster. ת״א Merc.

תַּרְגּוּם אַחֵר interpretatio alia, Chaldaïcâ propriè, Targum appellare solent. Item תרגום אונקלוס Chaldaïca interpretatio Onkelos, quæ in Pentateuchum à Iudæis legitur in synagogis & vnà cum Hebræo contextu in magnis Bibliis Venetianis excusa est. Vel תִּרְגֵּם אונקלוס Chaldaicè reddidit Onkelos.

Quinquarb. תא״ם

תְּהִלִּים אִיּוֹב מִשְׁלֵי Psalmi, Iob, Prouerbia. Sic enim collocatæ quandoq; reperiuntur istæ tres notę ait Elias, pro אמ״ת.

Quinquarb. ת״ג

תְּנוּעָה גְּדוֹלָה motio magna, vel תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת motiones magnæ.

Mercerus. ת״ו

pro תוב adhuc, ampliùs, quanquam dicunt & ת״ו. Vide tabulas Merceri in particulis. Valet & תּוֹסֶפֶת, id est, additio, adiectio.

Genebrardus. תו״בב

תִּבָּנֶה וְיִתְכּוֹנֵן בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ, ædificetur & aptetur citò in diebus noſtris. Sic de ciuitate, quam reſtaurari, aut etiam ornari cupiunt.

Pagn. Munſter. ת״ח Merc.

תַּלְמִיד חָכָם diſcipulus ſapientis, vel plur. תַּלְמִידֵי חֲכָמִים diſcipuli ſapientum, Græci philoſophi Elia auctore, etſi recentiores etiam nomine Græco פילוסוף vtantur, ſed aliter. Vide ת״ת.

Pagn. Munſt. ת״י & ת״י Merc. Quinq.

Sæpius תַּרְגֵּם אוֹ תַּרְגּוּם יוֹנָתָן vertit Ionathan, aut verſio Ionathæ. Et cum ו, ות״י ſuprà, vel literis tranſpoſitis י״ת, & וי״ת ſuprà. Rarius תרגום ירושלמי Targum Ieroſolymitanum, in nonnullos ſcripturæ libros. Extat in pentateuchum ſeorſim, in magnis Bibl. Venet. primæ & tertiæ editionis. Item in alia quædam, de quibus vide Eliam in præfatione libri cui titulum fecit Methurgheman. ת״י idem eſt quod תַּיְמָא geminauit, frequens in Rabboth. Vtuntur autem ea dictione, quando contextum citant, in quo eſt vel ſynonymia, vel repetitio eiuſdem dictionis, vel ſententiæ. Non autem eſt ex raſe teuoth.

Cellarius. Merc. תיק״ו

תִּשְׁבִּי יְתָרֵץ קֻשְׁיוֹת וּבְעָיוֹת או קֻשְׁיוֹת. Tiſbi ſoluet dura. i. nodos & quęſtiones. Sic dicunt de Elia Teſbite, quē expectāt iuxta Malachiæ prophetiam. Ad eum enim remittunt quicquid in ſcriptura dubium & obſcurum incidit, etiam in pūctis & accentibus, Veniet, inquiūt, Elias Teſbites, & omnia enodabit. Cur Elias Tiſbi vocatus fuerit 1. Reg. 17. vide Eliam in fine ſui Tiſbi,

vbi

vbi hoc ipſum nomen ex profeſſo exponẽdum ſuſcipit. תרץ eſt propriè diruere, ſed hoc verbo vtũtur pro ad propoſitam quæſtionem reſpondere, nodum ſoluere, vt הַקְשָׁה eſt obiicere. Hinc תָּרְצָן & מַקְשָׁן ſunt interrogans ſeu, vt vulgus appellat, opponens & reſpondens. Elias tamen ſoluendi verbum à תְּרִיצוּת rectitudine & תָּרִיץ rectus, ductum putat, quaſi dirigatur & ad rectitudinem, vt ſic dicam, componatur atque adducatur, quod obiiciebatur. Sic plerique ſentiunt תיקו, eſſe raſe teuoth. Elias poſt Baal Aruch nõ eſt in ea ſententia, ſed putat ſimpliciter valere, theca ſua, cùm quæſtionem proponunt in Ghemara, cuius ſolutionẽ non inueniũt, q.d. eſt in theca ſua, vt cùm quid eſt in theca ſua, ignoratur quid ſit, quòd illud ſit intra thecam.

Elias in rad. תיק in Tisbi.

Merc. Quinquarb. ת"כ

תּוֹרַת כֹּהֲנִים lex ſacerdotum. Nomẽ libri eſſe videtur, in quo ſacerdotes ſui officij admonẽtur, vt apud nos Speculum ſacerdotum & id genus alij. Citat meo iudicio R. Selomo Iarhi in commẽtario in Malachiam cap. 1. verſu 10. ורבותינו דרשוהו בתורת כהנים. At doctores noſtri id expoſuerunt accuratiùs in lege ſacerdotum. Tandem etiam comperi ſic inſcribi ab illis librũ quem aliàs appellant מכילתא, id eſt, menſuram, vel potiùs eum cui titulus eſt סֵפֶר סִפְרָא. Vel etiam ſæpe ſignificant ת"כ idem quod תּוֹרָה כְּתוּבָה lex ſcripta, ſiue literis mandata. Vide infra תשבעפ.

Pagn. Merc. ת"ל Geneb.

תַּלְמוּר לוֹמַר doctrina ad dicendum, vel תַּלְמוּר לוֹמַר diſcito dicere, Gallicè, apprés à dire. Sic paſſim Talmuditæ

ditæ & auctores Midrasim, cùm notanter aliquid in loco scripturæ dictum obseruant, & διαρρήδην. Ferè videas præcedere יָכוֹל שֶׁ fieri possit vt, quod vt excludant, subiungunt ת״ל, mox subiūcto scripturæ loco quem tractant, q.d. Minime verò, cùm notāter scriptura dicat. Eius vsum disce ex Kimhi initio cap. 13. Zach. vbi de proditura scaturigine aquarum domui Dauid agitur. Forsan, inquiūt doctores, cogitare possis his aquis externas commiscendas. Sed aliud scriptura vult vnitatis numero vtens מָקוֹר, fons vnus erit apertus ad peccatum, &c. Hoc est quod eo loco dicit Kimhi doctores citans ת״ל יהיה מקור נפתח לבית דויד Sic aliis locis passim in Psalmis. Valet interdū תְּהִלָּה לְאֵל laus Deo. In Masoreth verò תְּרֵי לִשָּׁנֵי duę linguę, id est, duæ significationes, & cum beth, בת״ל, id est, בִּתְרֵי לִשָּׁנֵי, vbi bis eandem vocem occurrere quidem dicunt, sed variè, siue in diuersa significatione sumptam, id est, in duabus linguis, seu significationibus. Significant etiam ת״ל, תַּלְמוּד לוֹמַר discas dicere, respōde, oppone scripturam aliā. Nam varius est vsus huius locutionis apud rabbinos. Item תַּלְמִיד לָשׁוֹן discipulus linguæ (Hebraicæ.)

Mercerus. תל״ח

In fine librorum valet תְּהִלָּה לְאֵל חַי laus Deo viuenti.

Quinquarb. תמכעו״כי

תְּהֵא מִיתָתוֹ כַּפָּרָא עָלָיו וְעַל כָּל־יִשְׂרָאֵל fit Mors eius expiatio pro ipso & pro vniuerso Israële. Sic loquuntur de crimine mortis conuicto & damnato, vt eius morte alij sapiant & sibi caueant, ne simile eis contingat.

Merc.

Mercerus. חנבעא

תְּהִי נַפְשׁוֹ בְּגַן עֵדֶן אָמֵן vel תְּהְיֶה, sit anima eius in horto, seu paradiso deliciarum, Amen. Sic sępe sua claudunt epitaphia lapidibus inscripta, vel etiam sic.

Pagn. Merc. תנצבה

תְּהִי נַפְשׁוֹ צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים, sit anima eius colligata in fasciculo vitæ, vel viuentium. Quod ex fausta illa imprecatione sumpserunt, qua Abigail ad Dauidem placandum marito suo vsa est, 1. Samu. 25. versu 29. si videre libet, ne hîc sim prolixior.

Genebrardus. תס

תִּקּוּן סוֹפְרִין correctio scribarum.

Merc. Quinquarb. תע

תְּרֵי עֲשַׂר 12. Sic minores duodecim prophetas appellant duabus dictionibus, dicunt & strictim, siue concisè תְּרֵיסַר detrahendo ע.

Quinquarb. תק

תְּנוּעָה קְטַנָּה motio parua, vel תְּנוּעוֹת קְטַנּוֹת motiones paruæ.

Pagn. Merc. תר׳ Quinq.

תְּנוּ רַבָּנָן didicerunt, id est, notarunt, cōprehenderunt, perceperunt, & commentati sunt doctores nostri. Malè quidam legunt תנו vel תְּנוּ, vsum verum Chaldaïsmi ignorãtes. Hebraïcè diceres שָׁנוּ רַבּוֹתֵינוּ. Nam שָׁנָה & Cald. more sin in ת commutato, תְּנָה est discere, studere, identidem aliquid discendi causa iterare. Vide Eliã in Tisbi. Elias tamen in Tisbi censet legendũ esse Hebraïcè שָׁנוּ ex Deut. 6. à themate שָׁנַן. Hinc תַּנָּא doctor Talmudita, & תַּנָּאִים doctores illi primi

qui Miſna, quæ aliàs מַתְנִיתָא dicitur, ediderunt: quorũ Elia teſte, primus omnium fuit Simeon Iuſtus, non is qui Chriſtum in vlnis ſuſcepit, cùm ille fuerit ex reliliquiis ſynagogæ magnæ, nec Simeon (vt obiter hoc dicam aduerſus Galatinum) qui Chriſti tempore fuit, Iuſti apud Lucam cognomentum habens. videtur autem is fuiſſe qui ab illis Simeon filius Gamaliel dicitur, cùm & Gamaliel illis temporibus floruiſſe refera tur & vltimus ponitur in primo cap. pirke auoth, etſi in meis precationibus Germanicis poſt eum ponatur alius quidam. Galatinus facit Simeonem Iuſtum filiũ Hillel, de quo ſuprà. Sunt qui credant Simeonis Iuſti diſcipulum fuiſſe Gamalielem. Sed errare eos puto. eundem lib.1.cap.2. de arcanis cath. veritatis, vbi tandem ſubiicit filiũ Gamalielis fuiſſe Rabban Simeon, ab Adriano Cæſare interfectum. Vltimus verò Rabbenu Hakkados, quem ibidem Galatinus putat fuiſſe Iudam filiũ Rabban Simeon ben Gamliel, hoc donatum cognomento ob vitæ ſanctimoniam & probitatis doctrinæque excellentiam: etſi alius quoque fuit Rabbenu Haccados Antiochi tempore, vt tradit R. Leui ben Gherſom Dan. 9. ab illo ſummopere amatus. Reuchl. lib.1. Cabalæ facit Gamalielẽ duplicem, vnum cuius filius Simeõ, ex cuius rurſum liberis Iuda naghid, dictus magiſter noſter ſanctus, quem filius, inquit, Gamaliel recipiendo imitatus eſt. Qui pòſt ſecuti ſunt doctores, vocati ſunt אֲמוֹרָאִים à dictis & ſententiis, quas dicebant, ſiue dictabant, quorum primus fuit Rabba, poſtremi Rabbena, & Rab אַשִׁי,

qui congesserunt Talmud. Significāt etiam ת״ר idem quod תְּהוֹם רַבָּא abyssus multa, vel magna.

Mercerus. תרי״ג

Symbolum numeri præceptorum legis 613. tarig, quæ colligunt ex eo, quod totidem sint literæ in præceptis decalogi. Affirmatiua faciunt רמ״ח, negatiua שס״ה. Vide suprà suis locis.

Mercerus. ת״ש

תָּא שְׁמַע veni, audi. in Talmud.

Quinquarb. תשבע״ף

תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה Lex quæ ore tradita est. Est enim Hebræis in confesso duplicem legem Mosi traditā fuisse in Synai, alterā scriptam, de qua suprà in תו״כ, alterā verò ore traditam, quę rationem legendi, mentem ac expositionem scriptæ legis continebat, quam succedaneo ordine, ac veluti per manus ab ipso Mose ad posteros deriuatam affirmant. Legitur etiam quādoque concisè magis תשב״ף.

תש״רת

Genebrard. תש״ת

תר״ת

Tria symbola musicorum tonorum, qui canuntur in tubarum festo, vbi ת valet תְּרוּעָה clāgor, ש, שְׁבָרִים fracturæ, tonus fractus, ר, רוּעָה buccinatio. Vide breuiarium pag. 295.

Mercerus. ת״ת

תַּלְמוּד תּוֹרָה disciplina legis, siue studium, quod dicunt in tractatu מְגִלָּה cap. 1. longè maius haberi ædificatione templi, &c. Citat R. Simhoni 2. cap. Ezræ, vbi hæc

 abbre-


abbreuiatio diu me torſit. valet & תַּלְמִיד תּוֹרָה diſcipulus legis. Sic enim interdum ſe appellant, vbi alij ח״ח, longè auguſtius & inſignius putantes legis eſſe diſcipulum, quàm ſapientum. Sed hæc ſatis.

Factus eſt Profeſſor Regius Iohannes Quinquarboreus Aurilacenſis, anno Domini 1554. die verò 14. Nouembris.

יתן לנו י״י לעשות הישר בעיניו כל ימי
חיינו אמן:

תִּקְוָה וְעָמָל:

Spes & Labor.



Errata ſic emendanda.

Pagina 4 linea antepenultima lege, ר״ול. *pag. 15. lin. 7. leg.* אָמַר. *lin. vlt. leg.* יְהוֹשֻׁעַ. *pag. 18. lin. 14. leg.* ב״ב. *pag. 19. lin. 7. leg.* חֲנִי מְלֵי. *pag. 26. lin. 7. leg.* תְּנָן. *pag. 34. lin. 21. leg.* הַקָּדוֹשׁ. *pag. 39. lin. 19. leg.* חֲבֵרוֹ. *pag. 60. lin. 13. leg* מִנַּיִן. *pag. 67. lin. 14. leg.* רָצוֹן. *pag. 72. lege cœli & terræ. pag. 82. lin. 7. leg.* הַמִּשְׁכָּן.



